non tam raro invenitur. erit eruditionis tuae cogitare — viros — abstinuisse 4, 14, 4. *sed mihi cogitanti affuturum me 4, 17, 4. *cogita te missum 8, 24, 2. *nos recitaturos 7, 17, 13. Cogita et illum puerum esse et te fuisse 9, 12, 2. Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse . . (sequuntur 4 inf. perf. act.). P 41, 22.

quaestio obl.: 5, 8, 12. 5, 16, 9. 6, 15, 2. 7, 17, 5.

transit.: 2, 1, 12. 4, 2, 2. 2, 17, 11. 5, 5, 4. 6, 31, 13. 8, 11, 1. 8, 23, 8. 9, 2, 4. 9, 3, 2. 9, 13, 26. 9, 36, 2. P 64, 10. de: 6, 30, 5. X, 8, 5.

absol.: 9, 36, 2. P 82, 16 (paratactice).

cf. cogito si „qua me quoque possim tollere humo" (Vergil. georg. 3, 8) 5, 8, 3.

Adde Draegero: Tres loci Georgesii a Draegero (numeri desunt ap. utrumque) laudati sunt hi: Cic. nat. d. 1, 41, 114. tusc. 1, 36, 86. Cael. ap. Cic. fam. 8, 16, 2.

Ter. heaut. 239. adelph. 32. Catull. 76, 2. Caes. b. g. 5, 32, 2. Curt. 5, 3, 13. 7, 2, 9. 7, 8, 26. Tac. ann. 3, 33, 14. *11, 6, 4. fac memineris et cum animo tuo cogites Fronto bell. Parth. p. 221 N.

colligo: Dr. II p. 400: primum ap. Ciceron. Ex spatio temporis te iam recepisse colligo 2, 12, 6. nobis inesse legi quod postularemus colligendum fuit 2, 19, 8.

quaestio obl.: X, 94, 3. transit.: P 33, 29. 75, 12. absol.: ut ego colligo 6, 16, 19.

computo: deest ap. Iustin.

In summa computabam — faciliorem mihi excusationem fore 3, 4, 8. Quintil. 1, 12, 17.

transit.: 1, 15, 2. 4, 24, 5. 9, 28, 5. absol.: 2, 20, 3. 6, 33, 9.

confido: Dr. II p. 387: omn. temp.

apud Vitruv. participium perf. tantum; deest ap. Iustin.; „fido" apud neutrum, neque ap. Plin. cf. p. 71.

confido haec non minus grata fore 3, 5, 20.

inf. fut. praeterea: *4, 10, 3. facturum (me) esse confidam 5, 8, 1. *spero, immo confido 7, 16, 3.

inf. praes. act.: ac mihi confido — constare rationem 3, 18, 10.

inf. praes. pass. cum „posse": impetrari posse, ut 5, 3, 4. impetrari posse, ne 6, 32, 2.

inf. praes. act. cum „posse": X, 19, 2.

ut: videmur posse confidere, ut — varietas ipsa commendet 2, 5, 7. huius structurae non inveni exemplum alterum.

coniecto: ex quo coniectari potest — capillos — periculi signum fuisse 7, 27, 14. Tacit. hist. 3, 15, 5.

quaestio obl.: 3, 9, 26. P 26, 30. trans.: id: 5, 8, 1.

cf. coniectura eget c. quaest. obl. 4, 3, 5. (non eget interpretatione 6, 29, 2 (quaest. obl.). demonstratione non eget 7, 9, 16).

credo: Dr. II p. 386: omn. temp.

inf. praes. act.: *stultissimum credo 1, 5, 13. 1, 21, 2. 2, 9, 3. *3, 9, 14. *3, 9, 20 3, 13, 5. *3, 18, 1. 4, 3, 4. difficile est, ut mihi de absente credas, quamquam credere soles omnia, tantum in illo industriae — esse 4, 15, 7. 6, 20, 17. velle plurimum (eum praestare) credo 6, 30, 5. ut esse (phantasmata) credam 7, 27, 2. X, 6, 2. *X, 56, 2. X, 58, 8 (Nerva). X, 65, 3 (ea). *quod optimum credideritis X, 84 (Traian.). *X, 96, 8. *P 11, 32 (eum). P 31, 6 (cf. disco). 36, 1. *42, 19. *tuum credis, quod (pron.) habes 50, 26. 54, 4. *62, 4. 68, 23. 78, 29. 80, 20. 88, 6. 93, 29.

inf. perf. act. vel depon.: haec me dolenter tulisse credebat 1, 5, 4. assecutum me esse 2, 5, 9. 3, 10, 1 (te). gloriam — meruisse me credam,

sed effugisse flagitium 3, 11, 4. 4, 10, 2. 5, 1, 13. 7, 22, 3. 8, 6, 17. 8, 24, 10. P 5, 11. 23, 5. 31, 19. *indignum credo ei visum 39, 22. 56, 16: annotasse vos credo.

inf. fut. act. vel dep.: *credas iucundum mihi futurum 7, 33, 3. *8, 20, 10 (haec — fore). *X, 4, 5. *X, 38, 1. *Calpurnium — credo facturum X, 62 (Traian.). *ut credam te omni ratione id facturum X, 78, 2 (Traian.).

inf. praes. pass.: Plautum legi credidi 1, 16, 6. exprobrari sibi superbiam credat (sequuntur 6 a lia subiecta [accusativi c. inf. coni.]) P 3, 15. non amari se credebant sibi 74, 2.

inf. perf. pass.: *credas non de puero, sed a puero scriptum 4, 7, 7. *8, 6, 6. obstrictum me esse crederem 8, 12, 3. *9, 21, 1 (eum). sed meae naturae accommodatius est credere statui eius subventum X, 60 (Traian.). X, 65, 3.

inf. perf. act. et inf. perf. pass.: *credentne posteri patricio — patre — genitum — imperatorem non ab exercitu factum — Germanici nomen hinc missum — nihil ipsum agitasse, nihil fecisse, nisi quod meruit P 9, 10.

transitive: 2, 11, 9 et 7, 29, 1 (quod). 4, 15, 7 (omnia). 5, 8, 1 (id).

additur dativus (personae): se credunt amicis 6, 22, 1. 6, 22, 7. 7, 17, 7. et haec quidem affirmantibus credo: illud affirmare aliis possum 7, 27, 12. X, 26, 2.

absolute: illud ruisse, illud ardere falso, sed credentibus nuntiabant 6, 20, 15. P 62, 18. 66, 8.

additur dat. (personae): si Demostheni credimus 2, 3, 10. 5, 20, 5. 7, 17, 12. 9, 33, 1. X, 2, 2. X, 18, 3: inveniuntur quibus credi possit (Traian.). P 59, 13. nemini creditum est 66, 24. 74, 26.

dativus et quaestio obl.: ut oculis meis crederem, quid viribus, quid corpusculo apparares 6, 4, 2. 6, 8, 8. 7, 31, 5.

interiectum: provinciales, credo, prospectum sibi a me intellegent X, 18, 2 (Traian.). 6, 16, 6. si innocens est, sicut spero et malo, et donec aliquid probetur, credo, poteritis absolvere 9, 13, 17. P 53, 28.

dativus, de, AcI: 4, 15, 7 v. supra.

delibero: Dr. II p. 407 (313. 315: apud Turpilium et Ammianum).

statui mecum ac deliberavi esse magnam pulchramque materiam sectandi nocentes 9, 13, 2.

Adde Draegero: deliberatum est non tacere me. Afran. fr. com. p. 169 R. Cic. agr. 1, 8, 25. Verr. 2, 3, 41.

cf. quid oporteat fieri — deliberabis et constitues X, 40, 1 (Traian.). si fixum tibi istud ac deliberatum, sequar te 7, 33, 6.

delibero an 9, 13, 6. mihi — satis consultum atque provisum est, ut Cic Cat. 2, 26.

Arnob. 98, 23. quo constituto ac posito Arn. 135, 10. exploratum et certum Arn. 39, 12.

despero: Dr. II p. 389: inde a Cicerone.

*quam non despero — impetraturam 6, 33, 7. quod (coniunctio) desperant posse persolvi (aes alienum) 9, 37, 2.

absol.: 6, 24, 4. 7, 27, 3. 7, 9, 4. X, 41, 4. nihil: 4, 24, 6. 8, 4, 2.
Curt. 6, 5, 17, 21: desperato regionem — posse retineri.
Cic. div. 2, 21, 48. Att. 1, 4, 3. Balb. ap. Cic. Att. 8, 15 A, 1.
Quintil. 5, 12, 3. 10, 5, 5. 12, 10, 75. Ovid. f. 5, 241.

dubito: Dr. II p. 389: inde a Cicerone.

ne dubitare possimus (eum) coartasse 1, 20, 8.

non d. fore 4, 19, 1. nec dubito te terreri 5, 5, 7.

neque enim d. esse 5, 18, 1. * neque enim d. futurum ut 6, 21, 7. dubito an — suadeam. Illud non dubito debuisse me — ponere 6, 27, 3. non dubito — fuisse 7, 6, 12.

non d. similiter affici te 8, 6, 17. non d. cupere te 8, 21, 6.

* neque enim d. te — reversurum X, 9, 1 (Traian.). neque enim dubitabam, obstinationem debere puniri X, 96, 3.

* ut non dubitares — te salva — ratione facturum P 92, 2.

cf. non dubium est p. 32.

quin: nec dubito P 14, 15 et 86, 8. *neque enim dubitandum puto quin aqua perducenda sit (Traian.) X, 91.

cf. Cauer, gr. m. p. 69. (Eger l. l. p. 28 corrigit Draegerum II. 389 sq. § 438, 7, c α; sed exstat ap. Draeger. idem, quod is omisisse ab Egero arguitur (Cic. fil. et Trebatius). Eger p. 32: infitias eo cum AcI. iam apud Nepotem Epam. 10, 4; sed AcI. ibi pendet ex verbo „adiunxero".)

num: 6, 27, 1.

an: 6, 27, 5. Sueton. Cl. 35, 18. N. 21, 2.

utrum — an: P 84, 31.

addubito an X, 118, 1.

transitive: 1, 18, 5: quod dubitas, ne feceris.

adeo grave visum est quod initio dubitabatur an omnino crimen esset 3, 9, 17.

de: X, 96, 1. X, 31, 1.

absolute: 7, 27, 16. 7, 17, 7. X, 28, 2. X, 58, 8 (Nerva).

quod: Vict. Vit. 3, 14 non dubitantes quod — proficere.

quod c. coni.: Terentian. 204. 212. cf. A. Werth l. l. p. 350.

AcI. invenitur apud Nepotem (praeter Hannib. 11, 2: non dubium est quin) et Livium; nunquam apud Caesarem, Ciceronem, Sallustium.

In Ciceronis epistulis legitur AcI.: ad fam. 10, 31, 5 Asinius Pollio: nemo vocabit in dubium. ad fam. 12, 16, 2 Trebonius: non debes dubitare. ad fam. 16, 21, 2 Cic. fil.: non dubito. ad Att. 7, 1, 3 absol.

Cf. Nipperdey ad Nep. praef. 1.

Accusativi c. inf. coniuncti structuram primo non usurpatam esse nisi sequente dubitandi locutione; deinde, etiam a Cicerone Acad. pr. 20 M, a Livio et Nepote verborum ordinis ratione non habita, argentea q. d. aetate omnibus locis inveniri praeter Vell., Val. Max., ecclesiasticos docet Schmalz l. l. p. 289.

Cf. Wochenschrift f. class. Philol. 1901 p. 567: AcI. ex „dubito" pendens praecedente enuntiato primario apud Ciceronem in epistulis tantum exstat. Vitruv. 214, 20.

existimo: Dr. II p. 386: omnibus temp.

inf. praes. act.: existimem te agere debere 1, 23, 1. 2, 11, 2. * 5, 1, 12. * 6, 2, 8. 6, 33, 11. 7, 10, 1. * 7, 12, 4. * 8, 6, 13. * 8, 21, 1. * 8, 22, 2. * 9, 3, 1. * 9, 8, 1. * 9, 11, 2. X, 3, 3. * X, 31, 3. X, 40, 3 brevius esse. * X, 76. * X, 114, 3. * P 7, 23. 40, 20. * 50, 21. * instar refectionis existimas mutationem laboris 81, 6. 84, 35.

inf. fut. act.: quae tibi existimo fore mirabilia 3, 16, 2. * id existimo acturos (censores? textus corruptus est) X, 113 (Traian.).

inf. praes. pass.: nolo existimet quisquam — (id) a me rescindi X, 58, 9 (Nerva). X, 80: eos — non existimo legi posse (Traian.).

inf. perf. pass.: * existimabat se — relegatum X, 57, 2 (Traian.). existimo novatam esse legem X, 80 (Traian.).

Inf. gerund.: * si qua existimabitis addenda 3, 10, 5. * X, 27 (subi. suppl.). * X, 43, 3. * X, 65, 2. * X, 67, 2. * X, 75, 2. * X, 81, 5. * X, 82, 1 me consulendum existimasti (Traianus). * X, 108, 2. * X, 110, 2. „esse" nusquam exstat. haec structura a Plinio saepe in epistolis ad Traianum datis adhibetur, ab imperatore semel tantum idque in persona altera num. sing.

cf. primum ego officium scriptoris existimo, ut — legat 5, 6, 42.

fiduciam habeo: Merito habuisti fiduciam animi mei nec dubitandum fuisse X, 121 (Traian.). P 70, 12.

Fiduciam diligentiae tuae habeo, ut credam X, 78, 2 (Traian.). nec mihi fiducia est ut Quintil. 5, 12, 1.

fiducia falsi obiciendi Quintil. 7, 2, 30 et id. prooem. § 3.

fides est cum AcI.: Terent. heaut. 571. Livius 21, 13, 3. Suet. Vesp. 7, 25.

fiducia est c. AcI.: Suet. Otho 5, 16.

fido (abs.) 6, 22, 7.

imaginor: imaginatus est venisse Neronem — resedisse — prompsisse — revolvisse — fecisse 5, 5, 5.

cum participio praes.: 8, 7, 11 sq. (6 partic.).

quaestio obl.: 2, 10, 7. 2, 11, 11.

transitive: 5, 6, 7. 6, 4, 4. 7, 26, 2. 1, 14, 9. 1, 14, 9, quem locum Georg. laudat, constructionem AcI. non praebet: cum imaginor vos — silendum puto.

Alterum exemplum non inveni.

iudico: Dr. II p. 387: inde a Cicerone.

* quos iudicant dignissimos sacerdotio 2, 1, 8. * 2, 3, 7. * 2, 9, 3. * 9, 19, 3. P 84, 11. * 6, 8, 9. quasi cohaerentia meque — longissimum, brevissimum — iudicare.

cf. superest ut frugi sint, quod melius auribus quam oculis de venalibus iudicatur 1, 21, 2.

an: 2, 5, 11.

transitive: 1, 21, 2 (quod). 6, 17, 5 (aliud). 6, 8, 9: meum damnum iudicabo.

de: 1, 10, 4.

absolute: 3, 9, 21 bis. 6, 2, 6. 6, 26, 2. 6, 33, 11. 7, 4, 10. 7, 17, 8. P 95, 4.

iudico = iudex sum: 1, 20, 11. 6, 2, 7. P 80, 12 al.[26])

memini: Dr. II p. 383 sqq.: omn. temp.

inf. praes. act.: memineram et debere te et posse fungi 5, 7, 5.

tunc deos, tunc hominem esse se meminit 7, 26, 2. P 2, 15. 84, 29. memento 3, 9, 27.

inf. perf. act.: memini te annotasse 1, 8, 3. audisse (me) memini 2, 14, 10. 3, 5, 12. 3, 14, 1. 3, 18, 9. 3, 20, 1. P 67, 17. 93, 26.

nusquam inf. perf. pro inf. praes.

inf. fut. act.: *iam nunc memento non defuturam mihi constantiam 5, 1, 4.

meminerint — coniecturam — homines esse facturos P 20, 9.

inf. gerund.: memento nihil magis esse vitandum 2, 6, 7.

inf. praes. pass.: meminerintque — laudari imperatorem P 53. 8. 87, 15. 95, 4. 6, 3, 2.

inf. perf. pass.: *memini — me advocatum ex iudicibus datum 3, 9, 21.

*8, 11, 3 (duo inf.). *meminerimus te missum X, 32, 1 (Traian.) meminerimus — civitates esse vexatas X, 34, 1 (Traian.).

quaestio obl.: 2, 5, 11. P 44, 22 (an).

Addenda Draegero: p. 383. Naev. Danaë VI. p. 384. de Taciti huius verbi usu: L. Valmaggi (Bollet. di filol. cl. 12, p. 287) contra Reisig - Haase (Schmalz - Landgraf III p. 354 annot. 454) a Tacito hoc verbum saepius cum inf. perf. coniungi (ann. 13, 34. 14, 46. 16, 17. hist. 2, 10. 48. 3, 63) quam cum inf. praes. docet (ann. 3, 16; 4, 38). cf. Sen. suas. 2, 19. 3, 6.

mihi in mentem venit: Dr. II p. 385.

*veniebat in mentem priores nostros — iniurias — executos 3, 4, 5. tibi — in m. v. posse collegium fabrorum constitui X, 34, 1 (Traian.).

Adde Draegero: Plaut. aul. 2, 2, 49. Sen. contr. 7, 2 (17). 3. 7, 7 (22), 17. Cic. fam. 7, 17, 1.

obliviscor a Plinio cum AcI. non coniungitur.

ante oculos habeo: habe ante oculos hanc esse terram — Athenas esse — Lacedaemonem esse 8, 24, 4.

mortalitatem 2, 10, 4.

Alterum exemplum non inveni.

opinor: Dr. 386: omnibus tempor.

Semel apud Plinium legitur: *nolo quemquam opinari — (libros) inchoatos 9, 1, 2. Cic. fam. 7, 17, 2.

ut opinor 9, 26, 1. verum 2, 14, 1.

persuasum habeo: p. h. posse fieri ut 1, 20, 9.

Suet. N. 29, 8: ex nonnullis comperi persuasissimum habuisse eum, neminem hominem — purum esse. Cic. fam. 11, 9, 2 mihi persuasissimumst. Col. 12, 1, 5.

Cf. Woelfflin Mus. Rhen. 37, p. 115.

puto: Dr. II p. 386: inde a Terentio.

inf. praes. act.: putes me veniam postulare 1, 2, 5. 1, 11, 1. 1, 12, 8. *1, 12, 12. *1, 18, 5. *1, 20, 15. *1, 22, 10. 1, 23, 1 et 5. *1, 23, 2 (qui me aliquid putavi). *2, 3, 10. *2, 6, 4. 2, 20, 11. *3, 9, 19. 3, 9, 21. *3, 14, 2. *3, 21, 3. *4, 2, 1. *4, 2, 6. *4, 4, 2. 4, 9, 17. *4, 11, 7. *4, 14, 7. 4, 18, 2. *4, 24, 5. 4, 25, 3. *5, 1, 4. *5, 3, 7. 5, 6, 1. 5, 6, 14. *6, 9, 1. *6, 16, 3. 7, 9, 1. 7, 25, 5. 7, 27, 1. *8, 6, 3. *8, 6, 10. putasset fas esse non obsequi 8, 6, 12. *9, 4, 1. 9, 11, 2 (bibliopolas Lugduni esse non putabam). 9, 17, 3 (quam multos putas esse). *9, 22, 2. 9, 30, 2. 9, 34, 2 (duo inf.). *9, 35, 1. 9, 37, 2. *X, 2, 1. convenientissimum esse — putavi X, 3, 2. *X, 17, 5. *X, 31, 3. X, 47, 3. X, 65, 2. *X, 83. *X, 106. *X, 120, 2. *P 2, 14. *3, 12. *11, 1. *21, 25. *se idem quod deos, idem gladiatores quod se putabat 33, 4. *39, 25. *59, 29. 62, 1. *67, 16. *76, 22. 77, 9. 84, 4. *95, 14.

inf. perf. act.: me putes indulsisse — sustulisse 1, 14, 10. 2, 5, 6. 3, 4, 4. 4, 11, 1. 4, 11, 15. *et nondum puto (te vidisse). 8, 8, 1.

inf. fut. act.: quid putamus passurum fuisse (eum) 4, 22, 6. *6, 6, 8. P 64, 14 (facturum fuisse). *nunquam puto (me abrupturum esse) 2, 8, 2.

inf. praes. pass.: cum me vehementius putaret intendi 2, 11, 15. 2, 19, 5. 7, 7, 1. 7, 17, 10. 7, 28, 3. 8, 3, 2. 8, 21. 5. 9, 9, 3. 9, 10, 2. 9, 19, 2 (tres inf.). 9, 26, 8. 9, 33, 6 (duo inf.). X, 49, 2. X, 79, 4. X, 118, 1. P 37, 2. 74, 11. 87, 19.

inf. perf. pass.: *non putares Catonem, sed illos deprehensos 3, 12, 3. *3, 18, 5. *4, 27, 2. *6, 8, 9. *7, 33, 5. *9, 13, 17. *P 60, 16. *90, 20. *93, 31.

inf. gerund.: *quid renuntiandum putes 1, 5, 10. *1, 14, 9. *1, 20, 14. *2, 5, 13. *3, 6, 5. *3, 13, 5. *4, 10, 2. *4, 13, 10. *5, 3, 1. *6, 12, 1. *7, 17, 2. *8, 14, 14 (subi. suppl.). *8, 14, 19 (subi. suppl.). *X, 21 (subi. suppl.). *X, 33, 3. *X, 43, 2 (duo inf.). *X, 54, 2 (duo inf.). *X, 56, 5 (duo inf.). *X 58, 4. *X, 59. *X, 59. *X, 60 minus de eo audiendum putes (Traian.). *X, 63. *X, 66, 2 (duo inf.). *X, 67, 1. *X, 68. *X, 74, 2. *X, 75, 2 (duo inf.). *X, 77, 2. *X, 78, 1. *X, 91: neque enim dubitandum putavi quin. *X, 92 (duo inf.). X, 96, 5: (eos) dimittendos esse putavi. X, 110, 2. *X, 113: sequendam legem puto (Traian.). *X, 114. 2. *X, 114, 3. *X, 116, 1. *P 10, 32. putet tamen esse solvendum (fenus) P 32, 13. *P 70, 3.

inf. praes. vbi depon.: illum versari putabam 7, 25, 3. 7, 32, 2.

inf. perf. vbi depon.: *putas alio te saeculo natum 7, 29, 4.

inf. praes. act. et inf. perf. act.: me aut dixisse aut posse dicere puto 9, 26, 7. plus centies octogies hoc verbum apud Plinium exstat.

absol.: ego contra puto 1, 20, 6. 3, 10, 6.

trans.: dixit quae pro se putabat 5, 1, 6.

recordor: Dr. II p. 386: inde a Cicerone.

quos ego cum recordor desidero 9, 6, 3. *6, 27, 3. *6, 27, 7.

part. praes.: recordantibus principem — subornantem monstrantemque P 42, 23.

quod: Suet. Tit. 8, 7.

quaestio obl.: 3, 4, 6. 3, 15, 18. 8, 24, 5. P 88, 3 b.

transit..: 3, 7, 10. 3, 11, 8. 4, 17, 10. 5, 5, 7.

subit recordatio: subiit r. egisse me 4, 24, 1.

cf. hunc enim subit recordatio: „quot dies quam frigidis rebus absumpsi!" 1, 9, 3. cf. haec cogitatio subit P 70, 10.

miseratio fragilitatis humanae subit 3, 7, 10. subit miseratio cum quaest. obl. 5, 5, 7. subit voluptas alicuius rei P 22, 10. subit indignatio cum AcI. 6, 10, 3 vide infra.

reor: Dr. II p. 386: omnibus temporibus.

a Plauto bis usurpatur: Pseud. 1, 2, 34. capt. 253. apud Vitruvium non exstat atque forma „ratus" omnibus locis adiectivi vices occupat; apud Iustinum tantum „ratus" legitur. *consuli, — omnibus civibus enitendum reor P 2, 4. 5, 8. *instar ego perpetui congiarii reor affluentiam annonae P 29, 15. *quod — speciosius reor P 54, 8.

ratus — his nominibus inseri publicanum cett. P 37, 8.

cf. arbitror: Arnob. 270, 2.

repeto: Dr. II p. 386: apud Vergil.

„memoria repeto" iam Scipio ap. Gell. 4, 18, 3. *repeto me correptum ab eo 3, 5, 16. 7, 6, 7. *7, 6, 13.

Adde Draegero: Suet. gramm. 4, 18: *repeto quendam — declamare — disputare — disserere — declamare solitum.

Part. perf. pass. repetito: multum ante repetito concordem sibi coniugem Tac. ann. 3, 33 in.

reputo: Dr. II p. 387: inde a Cic. temp.

fecisse te reputes 1, 9, 3. coepi reputare (2 inf. perf. act.). 7, 4, 4. 8, 2, 6 (reposuisse.).

quaestio obl.: 4, 24, 2.

transitive: 1, 18, 2. part. reputans non exstat.

Adde Draegero: Cic. fam. 5, 17, 5. Tacit. ann. 6, 30 (36), 21. 11, 28, 8. 12, 51, 14. hist. 1, 70, 20. 3, 8, 6. Suet. Aug. 28, 25. Iustin. 12, 5, 11. 11, 1, 5.

spero: Dr. II p. 388: omnibus temporibus.

inf praes.: nisi sperare te vellem posse filios discere 2, 18, 2. spero tibi et integritatem eius et probitatem — esse notissimam X, 26, 2.

Inf. praes.: Caes. b. c. 1, 8, 3. 2, 27, 2. 3, 8, 2 (posse). 3, 8, 3: terreri.

inf. fut.: *1, 7, 4 (duo inf.). *7, 1, 3. spero, immo confido 7, 16, 3. ut spero X, 4, 6. ut spero et malo 9, 13, 17. interiectum: 9, 21, 3. X, 61, 3.

absol.: X, 17, 2.

transit.: P 79, 1 (consulem).

Apud Vitruvium semper „ut spero", AcI non exstat. cf. Draeger II p. 636 a.

nudus inf. praes.: Verg. Aen. 4, 305: dissimulare sperasti.

cf. Weise l. l. p. 105. cf. W. Kalb, Das Juristenlatein. Prgr. Nürnberg 1886 p. 29.

inf. perf.: Caes. b. g. 7, 64, 7.

in spem adducor:

i. sp. a. posse fieri 3, 18, 9. i. sp. a. perpetuam nobis futuram esse concordiam 4, 19, 5 („esse" postpositum!)

in spem venio: Caes. b. g. 1, 42, 3. bc. 1, 72, 1.

spem habeo: Caes. b. g. 1, 33, 1.

cf. spes. p. 29.

statuo: Dr. II p. 407: omnibus tempor.

intellexit et statuit subsidere (salarium) apud se non oportere 4, 4, 2. statuo et iudico: Cic. de orat. 2, 28, 122 (non ut ap. Draeg. II p. 387: 18).

statui ac deliberari v. delibero p. 69.

suspicor: Dr. II p. 386: omn. tempor.

suspicor enim tale nescio quid Robusto accidisse 6, 25, 2. *7, 12, 4. Cic. fam. 1, 6, 1. aliquid: 9, 13, 22.

Simile aliquid atque verba sentiendi significant Verba affectuum.

Dr. II p. 391 sqq. Kuehner II, 509 sq. 840 ann. 2. Menge no. 370. Strotkoetter p. 22. Cauer gr. militans p. 48. Armin Dittmar, Studien zur lat. Moduslehre 1897 p. 315. Idem: Neue Jahrb. f. d. klass. Altertum, Gesch. und deutsche Litter. IV. Jahrg. Heft 5. 2. Abt. p. 258—276. Schütz p. 14, 23.' 15, 12.

Quid intersit inter sententiam particula „quod" inchoatam et accusativi c. inf. coni. structuram, cum libris grammaticis non satis explicetur, Caueri v. d. mihi liceat afferre interpretationem ut simplicissimam ita praestantissimam:

1. quod victor victis parcit
2. victorem victis parcere
3. ut victor victis parcat

} magnum est.

1. = es ist eine grosse Leistung. 2. = es ist ein grosser Gedanke. 3. = es ist eine grosse Forderung.

Similiter Schütz p. 15, 7—14.

Apud Plinium haec exstant exempla:

graviter accipio: *necesse est graviter accipias senectutem tuam quasi paratis posteris destitutam 8, 10, 2. alterum exemplum non inveni.

transit.: Tac. ann. 13, 36 fin. (quod gr. accepit Corbulo).

angor: Dr. II p. 392: unum affert locum Ciceronianum.

angor non et mihi licere 2, 8, 2. cum ablativo: 4, 1, 2. 4, 1, 4.

delector: d. iucundum tibi fuisse — adventum 7, 32, 1. quibus manere gratiam delector 9, 11, 2.

Fronto p. 91, 27 (Marcus Caesar). Cic. ep. ad Brut. 1, 2, 4: in quo delector me ante providisse. Itin. Alex. 39 (90) = 40 Volkm.

doleo: Dr. II p. 392: omn. temp.

eum defunctum esse doleo 3, 21, 6. *6, 6, 7 (3 inf. perf. pass.). 7, 19, 4 (eripi).

transit.: 1, 12, 12.

absol.: Paete, non dolet 3, 16, 6. 4, 21, 2. 8, 6, 17. 9, 13, 15. 9, 22, 2.

dolet mihi quod nunc stomacharis Cic. ad Brut. 1, 17, 6.

fero aequo animo: aequo animo ferant — me vendidissse 7, 11, 1. trans.: P 7, 2.

fero moleste: audio Valerium decessisse et moleste fero 3, 21, 1. huius loci verborum collocatio memorabilis est. 5, 3, 3 (inf. praes. act.). quae dici ab ipsis — moleste tuli 6, 5, 5. Te — distineri — moleste fero 7, 7, 2. 7, 15, 2 (inf. praes. act.).

cf. fero 9, 17, 2 (transit.).

p r a e m e f e r o c. quaest. obl.: 6, 8, 2. l a u d i b u s f e r o transit.: 8, 6, 10. P 47, 25. l a u d i b u s f e r o quod 8, 18, 3. nec i n l a u d i b u s t u i s p o n a m, quod P 20, 18. quanto c u m d o l o r e l a t u r i seu potius non l a t u r i homines essent destringi aliquid et abradi P 37, 19.

fero dolenter: haec me dolenter tulisse credebat 1, 5, 4.

gaudeo: Dr. II p. 391: omnibus temp.

Apud Vitruvium deest. salvum te venisse gaudeo 4, 13, 1. 6, 12, 5 (meruisse). 7, 23, 1 (esse) sed et corpora — languescere, gladios — hebetari retundique gaudebant P 18, 1.

*gaudeas periculo liberatam (eam esse) 8, 11, 1.

quod: gaudeo et gratulor, quod Fusco filiam tuam destinasti 6, 26, 1. 3, 6, 7. 7, 20, 5.

cf. maximo t i b i g a u d i o f o r e, c u m c o g n o v e r i s 4, 19, 1. de particula „cum" loco „quod" v. Menge l. l. no. 438, 5.

glorior: Dr. II p. 397: iam apud Terentium.

possum gloriari — non genitum excidisse 6, 20, 17.

Abl. gerund.: P 30, 30. 75, 18. 90, 33. Cic. Pis. 1, 2. de orat. 2, 64, 258. rep. 1, 6, 11. Caes. b. c. 1, 4, 3. Quintil. 2, 17, 21. Hor. epod. 11, 23.

gratulor: quod v. gaudeo 6, 26, 1. 4, 8, 1. 5, 14, 6.

AcI: ap. Ciceron., alios, v. lexic.; Dr. II p. 395: omn. temp. (sibi) gr. Ovid. tr. 1, 9, 54. a. a. 3, 122.

absolute: 4, 8, 1. P 69, 12. 61, 24. 71, 9. additur dativus: 7, 33, 9. 9, 22, 3 (bis). X, 14.

gratias agere cum AcI: Fronto p. 85, 15.

subit indignatio = indignor. Dr. II, 427. II, 392 sq.

s. i. cum miseratione — reliquias neglectumque cinerem sine titulo, sine nomine iacere 6, 10, 3.

cf. Liv. 36, 20, 3: cogitatio mentem subiit indignum esse.

i n d i g n o r: quod: P 73, 21. absol.: 4, 25, 3. 7, 29, 1 et 4.

g r a v o r: absol.: 3, 6, 6. 3, 1, 4. 3, 18, 6.

laetor: Dr. II p. 391: omnibus tempor. A Vitruvio non usurpatur.
ornarique se, non illos magis laetabatur P 71, 7. Vell. 2, 102, 1.
quod: 4, 8, 4. 7, 24, 8. 7, 32, 1 (praecedente enuntiato coniunctione „quod" inchoato, verbum „laetor" hoc loco. etiam absolute positum intellegi potest). P 50, 12.
absol.: P 54, 29.
laude cumulo, quod: 9, 13, 21.
miror: Dr. II p. 394: omnibus tempor.
inf. praes. act.: me scribere mirentur 5, 3, 3. 9, 6, 2. 9, 20, 1 (non m.).
inf. perf. act.: quod — contigisse non miror 4, 5, 2. 7, 22, 1. 9, 16, 1 (non m.).
inf. perf. pass.: *gestum consulatum mirer an non receptum P 56, 2.
quod: 3, 5, 7. 4, 21, 5. 7, 11, 1. 7, 17, 2.
cur: 2, 17, 1.
enuntiatum relativum: nunquam sum miratus, quae saepius a fortuna quam a iudicio proficiscerentur 7, 29, 3.
transitive: 1, 10, 3. 1, 22, 1. 3, 7, 12. 4, 3, 1. 4, 18, 1. 6, 17, 5. 6, 21, 1. 7, 19, 7. 7, 26, 2. 9, 19, 2. P 14, 14. 49, 21. 58, 22. 63, 14. 71, 9. 74, 23. 82, 14.
absolute: 2, 17, 1 (bis). 7, 24, 5. 7, 24, 7. P 64, 11.
habeo muneris = debeo: habeantque muneris tui, quod iam decipi non poterunt P 75, 29.
Huius locutionis alterum exemplum non inveni.
perhorresco, quod 8, 11, 1.
queror: Dr. II p. 393: inde a Ciceronis aetate.
questus est venire advocationes, venire etiam praevaricationes, in lites coiri et gloriae loco poni ex spoliis civium magnos et statos reditus 5, 13, 6. 7, 33, 7 (inf. perf. act.). item 1, 13, 4: queritur se diem perdidisse, et 9, 17, 1.
quod: 4, 17, 1. 6, 31, 12. P 68, 2.
de: de Regulo, qui — deseruisset P 46, 9. 10.
absol.: 8, 6, 10. P 46, 9. ius querendi 9, 13, 15. nihil q. 1, 22, 12.
Caes. b. c. 3, 108, 1: queri atque indignari coepit AcI.
Praeterea apud Plinium leguntur: exacerbatur, quod 8, 5, 2. habet aliquis solacium, quod 8, 5, 2. torqueor, quod 7, 30, 1.

Huc commode[27]) annectitur Accusativus cum infinitivo coniunctus in exclamatione positus.

De hoc infinitivi usu, quem cum finali illius significatione cohaerere verisimile est, cf. Jolly l. l. p. 215. Draeger I p. 332 sq., qui ellipsim eiusmodi infinitivis recte negat exhiberi — et II p. 457, ubi v. d. hanc structuram quaestionem indignationis accipiendam esse negat exclamationemque

intellegendam censet atque ita etiam locum illum Vergilianum (Aen. 1, 37) interpretatur: mene incepto desistere victam cett. Sed difficilius esse crediderim demonstrare particulam „ne“ in aliis quoque enuntiatis inveniri quam in quaestionibus. Contra Draegerum disputat Strotkoetter l. l. p. 26, mea quidem sententia non feliciter; nam AcI: „te — incidisse“ grammatice (ut nos dicimus) ex „Me Miserum“ non pendet talesque sententiae esse possunt absolutae, ex. gr. Cic. fin. 4, 27, 76: hoc non videre, cuius generis onus navis vehat! id ad gubernatoris artem nihil pertinere! Atque quaestiones indignationis q. d. ellipsi vbi sent., dic., vol. declarari posse, imprimis propter particulam „ne“ mihi non constat. —

Cf. praeterea Kuehner l. l. II p. 531 sqq. Menge l. l. no. 420 III (scheinbar unabhängig steht der AcI) et 435 a. b. Schmalz l. l. p. 295. G. Müller: über die sogenannten unwilligen und missbilligenden Fragen im Lat. Prgr. Goerlitz 1875 p. 19. Diez l. l. p. 924. Ed. Woelfflin (Latinität des Asin. Pollio. Archiv VI, 1889, p. 35—106) p. 101 inf. W. Guthmann, über eine Art unwilliger Fragen im Lat. Nuernberg 1891.

Cornif. 4, 15, 22.

Exstat autem haec structura apud scriptores omnium temporum praeter Caesarem, Nepotem, Manilium (cf. Cramer, Inf. ap. Manilium. Argent. 1889). Apud Ciceronem non solum in epistulis legitur, ut volunt, sed etiam in orationibus, ex. gr. R. A. 34, 95: tene — tibi partes istas depoposcisse! (ita numerus adiectus apud Draegerum et alios emendandus est). Cf. Barth l. l. p. 8 sq. Apud Asinium Poll. invenitur 57, 3: usu venisse hoc civi Romano! apud Iustinum 2, 9, 19. 2, 14, 9. 8, 2, 12. 14, 5, 7., raro apud scriptores aetate posteriores, ex. gr. Arnobium 194, 24: hocine audiri et perlegi sub mundi hoc axe? et eos, qui haec tractant existimari se velle pios etc., Prudentium P 10, 803: vos non potesse fabricam corpusculi dissipare![28])

Mea quidem sententia et exclamationem AcI significat et quaestionem admirantis vel indignantis, praesertim cum haud ita multum intersit inter utriusque loquendi modi

notionem originariam. Inveniuntur autem apud Plinium duo loci, qui huc spectent: P 86, 21 sqq. et epist. 4, 3, 5.

P 86, 21 sqq: o rem memoriae litterisque mandandam! Praefectum praetorio non ex ingerentibus se, sed e subtrahentibus legere, eundemque otio — reddere —, non quietis gloria invidere.

Hi tres infinitivi possunt intellegi epexegetici vel appositionis vicibus fungentes, e n. substantivo „rem" apti; sed verba „o rem memoriae litterisque mandandam" etiam deesse posse, ita ut infinitivi enuntiati primarii vices sustineant nemo non videt exemplisque omnium linguae Latinae temporum confirmatur (v. Kuehner l. l. II p 531 sqq.). Atque „rem" accusativum exclamationis esse cum nemo negare possit, infinitivis quoque eandem significationem concedere nihil obest. (Cf. Dr. II, 437).

Alter locus est hic: 4, 3, 5: Hominemne Romanum tam graece loqui? (vel: !)

Quae enuntiatio cum particulam „ne" praebeat, quaestio potest accipi; quoniam „ne" omitti potest, exclamationem quoque exstare censemus. Atque ne hoc quidem loco ellipsim q. d. utique exhiberi crediderim; nam sicut nemini succurrit nominis substantivi accusativo, qui exclamationis partes agit, quidquam mente supplere, ita neque infinitivus neque acc. c. inf. coni., quorum utrumque non raro pro substantivo usurpari supra vidimus, ellipsim exigere videtur.

Cf. P 63, 22: „o prava ambitio — concupiscere" et P 80, 15: „o vere principis — reconciliare" (p. 10 et 9), quae variationes rhetorico grandi dicendi generi tribuendae sunt.

Haec quidem conscripseram, cum Schützii libellum quem supra laudavi inspicere mihi licuit et quamquam v. d. de hoc loquendi modo verba non facit, tamen iis quae de infinitivi genuina natura dicit, ut pauca adiciam commoveor. Est mihi iam non dubium, quin infinitivus in exclamatione vel in quaestione indignantis positus, sit infinitivus absolutus id est modus verbi absolutus, sicut accusativus in exclamatione usurpatus, est nominis casus absolutus vel infinitus. Ellipsi igitur haec constructio non eget. cf. Aeschyl. Eum. 835: ἐμὲ παθεῖν τάδε, φεῦ, ἐμὲ κατὰ γᾶν

οἰκεῖν. substantivum praecedit: Cyr. II, 2, 3: τῆς τύχης, τὸ ἐμὲ νῦν κληθέντα δεῦρο τυχεῖν.

in nostra lingua: ich — verzagen!

aliter paululum, sed utique absolute positus in lingua francogallica: de quel front soutenir ce fâcheux entretien!

Cf. J. B. Greenough in Harvard studies Vol. XII. Cambridge 1901 p. 1 sqq.

2. Verba dicendi.

Cf. Schütz l. l. p. 14, 18.

addo: Dr. II p. 395: omnibus tempor. Addidi hunc ordinem me — sequi 8, 21, 3.

inf. perf. act.: 8, 18, 3 (addunt etiam; 3 inf.). 9, 19, 1 (inf. suppl.).

inf. perf. vbi dep.: *unum illud addam, omnia mihi — laudabiliora visa 9, 31, 2.

inf. ger.: *addidit etiam petendum 6, 5, 2.

Adde Georgesio: Cic. fin. 2, 17, 55 (etiam). pro Mil. 35, 96 (addit haec —: sequitur oratio obliqua). ad fam. 2, 15, 4 (etiam). ad Att. 2, 20, 2. 2, 24, 3. 12, 48. 16, 7, 1. Deiot. 8, 24 (etiam). Phil. 1, 3, 8. Brut. 11, 43. 27, 105.

ut: additum est, ut pecuniae — revocarentur 3, 9, 17. additum est, ut — non inferrent P 40, 11. Atticinus flagitiis addidit, ut quem deceperat, accusaret 6, 22, 2. cf. 8, 6, 6.

Liv. 40, 43. Sall. Cat. 51, 21.

quod: addiderunt, quod 3, 9, 6. 3, 14, 6 a Georg. falso laudatur; nam quod = id quod.

adde quod: 8, 14, 3. P 38, 31. Ovid. Pont. 2, 9, 49: adde quod ingenuas didicisse etc. Hor. sat. 1, 2, 83: quod = id quod.

Cf. Schmalz in Fleck. Ann. 143 p. 220 (de Kalbio: Roms Juristen nach ihrer Sprache, disputat): verbum „addo", praesertim imperativus „adde", iam apud Accium v. 209 R et apud Lucretium legitur. v. Schmalz, Sprache des Asin. Pollio p. 48. apud Iustinum deest.

adicio: Dr. II p. 396: inde a Velleio.

inf. praes. act.: adiciam esse facultates 1, 14, 9. 7, 11, 1 (venire = verkauft werden). *9, 13, 10.

inf. praes. vbi dep.: adiecit — arbitrari senatum 2, 11, 19.

inf. perf. act.: adicis M. Tullium poetarum ingenia fovisse 3, 15, 1. 9, 28, 5.

inf. perf. vbi dep.: *unum adiciam omnia me — persecutum 6, 16, 22.

inf. fut. act.: *cum adiecero ad paucos dies (me venturum) 3, 6, 7. *9, 13, 10.

inf. perf. pass.: *adicis te meque celebratos 7, 3, 2. adiecit etiam esse positam tuam statuam et corpora sepultorum X, 81, 2.

inf. ger.: adiecit etiam non esse — instandum 4, 11, 13.

„adicio etiam“ legitur: 4, 11, 13. 9, 13, 10. X, 81, 2. Saepius a Quintiliano usurpatur. v. lexx. Adde: Liv. 39, 5. 39, 26. 40, 42. 42, 42. apud Curt. duodecies. Tacit. ann. 2, 33, 21. 4, 21, 8. Suet. Aug. 11, 18. cf. Iustin 15, 1, 9.

adice quod: P 53, 25. Liv. 23, 5, 9 (adicite).

ut: placeret — ad eam legem adici, ut 6, 5, 2. P 69, 18. 72, 17. Curt. X, 7, 9.

ne: Suet. Aug. 40, 30.

admoneo: Dr. II p. 409: inde a Cic. cf. G. Mueller l. l. p. 18. me — admonuit optimos esse nos 7, 26, 1. *admonebat reos exsecuturum se 5, 9, 2.

inf. ger.: *2, 16, 1. admonitus sum debuisse me — impetrare X, 6, 1.

nudus inf.: Terentian. 908. 1574.

quaestio obl.: 3, 10, 6. 7, 29, 3.

nudus coniunctivus: 2, 11, 15. ut: 6, 21, 6.

absolute: 1, 20, 10 (seq. oratio recta). 3, 18, 4. 8, 24, 10.

ne illud quidem admoneo, quod admonere deberem 1, 19, 3. multa — admonetur 5, 3, 9 (bis).

cf. satius itaque est comparari ea . . admonerique dominos ut et ipsi inhibeant (ignes), ac si res poposcerit, accursu populi ad hoc uti (Traianus) X, 34, 2.

verbum simplex **moneo**: 7, 1, 2 (resistas). trans.: 2, 20, 1. 5, 8, 1. abs.: ut ipsae leges monent 4, 23, 3

nudus inf.: Terentian. 1000.

adnuo: (Dr. II p. 415: ap. Ennium primum).

*cum ille adnuisset (intellexisse se) 3, 5, 12. hoc loco verbum „adnuo“ est vb. dicendi, non voluntatis, ut ap. Dr. II, 415 (ex. gr. Liv. 28, 17 med.).

absol.: 7, 24, 3. addito c. dativo: P 72, 18. 78, 13. nudus inf. (vb. volendi): Catull. 64, 230.

affirmo: Dr. II p. 395: omnibus tempor.

inf. praes. act.: affirmat hanc esse partem 1, 10, 10. 2, 20, 5. X, 37, 3. X, 39, 4.

inf. perf. act.: affirmavit se novas probationes invenisse 7, 6, 10. affirmare soleam non excessisse me numerum X, 95 (Traian.). X, 96, 7.

inf. fut. act.: *cum affirmetis inter vos futura (ea quae composui) 3, 10, 4

inf. praes. pass.: affirmes te — impediri 7, 2, 1.

inf. perf. pass.: *se restitutos affirmaverunt X, 56, 2. *concessam vindicationem — affirmant X, 84 (Traian.).

transit.: illud 7, 27, 12. quantum affirmatur X, 31, 3. nihil quod affirmare tibi possim X, 31, 4.

absol.: 7, 27, 12. ut affirmat 1, 16, 6.

In loco Livii a Georgesio laudato (virum doctissimum 29, 23 spectasse verisimile est) AcI: eosdem (se) amicos inimicosque habituros

pendet e „data fide“, non e „iure iurando affirmatur“, cuius subiectum est „societas inter populum Carthaginiensium regemque“.

Tacit. Germ. 2 sub fin. Agricola 10, 16.

aio: Dr. II p. 395: omnibus tempor.

inf. praes. act.: ait timere se 1, 5, 11. ais 6, 20, 1. aiunt — enim X, 118, 2.

inf. perf. act.: ait se perorasse 1, 20, 8. ait 1, 20, 8. aiunt 4, 5, 1. ais 7, 4, 1. ais (obiect. suppl.) 7, 28, 1.

inf. ger.: aiunt enim multum legendum esse, non multa 7, 9, 15. *ais 9, 10, 1.

ut Lucretius ait 4, 18, 1. septies ap. Vitruv.

allego: apud Plinium non legitur. Wentzel l. l. p. 46 huic verbo a solo putat Iustino AcI adiungi; sed v. Suet. Aug. 5, 2. cf. Stat. Ach. 2, 224.

approbo: approbant quae praecipiunt fieri posse P 45, 21.

argenteae q. d. latinitatis videtur esse: a Georg. laudantur Tacitus et Suetonius.

quaestio obl.: 4, 18, 1. P 60, 24.

transit.: P 95, 2. 6, 30, 12.

attingo: *nisi vero leviter attingi placet locupletatas tribus datumque congiarium populo et datum totum P 25, 17.

alterum exemplum non inveni. melius ceterum vb. „attingo“ hoc loco transitive usurpatum intellegimus.

auguror: cf. supra p. 62.

*Auguror — historias tuas immortales futuras 7, 33, 1 (Ich prophezeie . .).

absol.: auguratus 7, 27, 3. 4, 15, 5. hoc quoque loco potest „auguror“ vbi sentiendi partes agere.

celo: quod me celandum non putasti fuisse apud te — sermonem, eumque — longius processisse, exstitisse etiam quosdam 5, 3, 1.

alterum exemplum non inveni.

concedo: Dr. II p. 415: inde a Ciceron. Quem ita deliquisse concederem 4, 9, 8. cur concedant, si concedunt tamen, historiam debere recitari 7, 17, 3.

confirmo: Dr. II p. 395: omnibus tempor. Confirmat necessarios esse milites X, 27.

cf. confirmasset beneficia — data X, 58, 3. Cic. or. 2, 2, 6. Caes. b. g. 5, 27, 10. Sall. Iug. 33, 3.

confiteor: Dr. II p. 395: omnibus tempor. C. et ipsum me et contubernales non abhorrere 1, 2, 5. 3, 4, 3. P 91, 17.

quam custodiendam esse confiteor 1, 20, 2. quaestio obl.: 5, 19, 1.

absol.: X, 96, 3.

part. confessus passive usurpatur: P 16, 27 confessa hostium obsequia.

Quintil. 1, 6, 15. 4, 2, 122.

contendo: Dr. II p. 395: omnibus tempor.

inf. praes. act.: quem artifices altiorem esse contendunt X, 41, 3.

inf. perf. act.: contendat hos ipsos dixisse 1, 20, 6. ausim contendere 4, 4, 3.

Cic. Planc. 48. Quintil. 2, 5, 25. 1, 2, 25. prooem. inst. § 11. Suet. Cal. 15, 25. Dom. 6, 38. Nep. Epam. 8, 1. Lucr. 5, 1343. 6, 412. Catull. 44, 4. Ovid. met. 2, 855. Hor. ep. 1, 16, 37.

contineo: Epistula continebat esse tibi redditam orationem eamque visam uberiorem 9, 28, 5.

Georg. unum locum Quintil. laudat.

cf. quae solo continentur 6, 19, 4. (quae) 9, 4, 1. P 88, 23. (litterae) — tristia continebant 5, 21, 1.

quaestio obl.: quantum debeam publicis monumentis continetur P 95, 27.

demonstro: Dr. II p. 395: inde a Cic. tempor.

*convenientissimum videtur demonstrari opera — quantum pulchritudinis tantum utilitatis habitura X, 41, 1.

quaestio obl.: 8, 14, 20.

transit.: 9, 23, 4 (me). X, 41, 1.

absol.: 7, 33, 3. P 62, 18. v. lexx.

denego: v. denegatur p. 27: nudus inf.

denuntio: Dr. II p. 395: inde a Cic. tempor. *tuis denuntiavi — omnia (eos) relaturos 6, 28, 2.

ut: 7, 1, 3. ne: 7, 23, 1.

nudus coniunct.: iussit denuntiari heredibus omnibus aut agerent aut approbarent causas 6, 30, 12.

describo: Dr. II p. 396: inde a Seneca maiore, sed raro.

describit eos — erubuisse 3, 12, 3.

Ovid. tr. 2, 415. Gell. 9, 1, 1.

dico: Dr. II p. 395: omnibus tempor.

inf. praes. act.: uxoris esse (epistulas) dicebat 1, 16, 6. dicere solebat: 3, 5, 10. 3, 7, 12. solet dicere aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam 5, 20, 5. 1, 20, 10. 4, 2, 6. 4, 7, 1. *dices tristia et miseranda (ea esse), dignum (praegnanter, ut nos dicimus) tamen illum 4, 11, 4. 4, 15, 9. dices oportere 6, 28, 3. *Africam se, futurorum praenuntiam, dixit; iturum (eum) enim Romam (sequuntur 3 inf. fut. act. vel dep.). 7, 27, 2. *dicerem urbanos 8, 6, 3. 8, 21, 4. 9, 21, 1. 9, 23, 5. X, 96, 6. P 20, 33. 59, 16. *2, 2, 4. facere dixerunt Caes. b. g. 2, 32, 3.

inf. perf. act.: non possum dicere aliud quam deos affuisse 1, 5, 5. 2, 20, 13. 3, 10, 1 (non dixi). 4, 9, 7 (2 inf.). *dixerunt mille denarios (se dedisse) 5, 4, 2. X, 74, 3. X, 110, 2 (duo inf.).

inf. fut. act.: *dixeram vobis inventurum me 3, 16, 12. *X, 81, 3 (duo inf.). *X, 81, 5. *X, 81, 6.

inf. praes. pass.: in quo obligari ego, ne dicam solo, certe maxime possum 8, 12, 4. 6, 31, 11. 9, 26, 10.

inf. perf. pass.: *solet dicere Claudius nunquam sibi tantum caliginis offusum 3, 9, 16. *5, 4, 2. quod (testamentum) — scriptum esse dicebat 6, 22, 3. *7, 19, 5.

Paulo aliter: dices (sc. rerum scriptor) immissa terris nova flumina, novos pontes fluminibus iniectos, insessa castris montium abrupta, pulsum regia — pulsum etiam vita regem, — actos bis triumphos 8, 4, 2. *X, 31, 5.

inf. gerund.: dixit J. Mauricus . . non esse restituendum Viennensibus agona 4, 22, 3. *5, 13, 7. *X, 58, 2 (3 inf.). dixit exigendam esse a Dione rationem operis X, 81, 1.

inf. praes. vbi depon.: dixisse videatur — pueros — auspicari 2, 14, 2.

inf. perf. p. et inf. gerund.: *aliis cognitionem senatus lege conclusam, aliis liberam solutamque dicentibus — tantum vindicandum 2, 11, 4.

cf. non possum dicere „invideo" 2, 8, 2. faciebas ergo, cum diceres optimos P 71, 5.

ut: 7, 1, 4. cf. Caes. b. c. 1, 3 fin.

Supin.: foedum dictu 3, 14, 2. 4, 25, 1. foedum miserandumque dictu 8, 18, 9.

dictito: non, ut Wentzel l. l. p. 41 putat, inde a Ciceronis tempor., sed iam apud Terent. Phorm. 5, 1, 16.

*cum alii divinum me, alii — meae avaritiae occursum per ludum ac iocum dictitant 5, 13, 10. *ille — ignes relictos desertasque villas — ardere in remedium formidinis dictitabat 6, 16, 13.

dissimulo: Dr. II p. 397: omnibus tempor.

qui se non dissimulet exuli nocere voluisse 1, 5, 13. nec dissimulo 6, 12, 4 (inf. perf.). *X, 8, 5 (inf. fut.). X, 120, 2. Quintil. 1, 2, 2. 9, 4, 80. X, 3, 14. Sueton. Iul. 10, 23 (nec). 73, 31 (non). Cal. 2, 22 (nec).

divulgo: ap. Plinium non legitur. Wentzel l. l. p. 44 putat hoc verbum apud Iustinum solum exstare (15, 1, 3); sed v. Sueton. Claud. 39, 1.

doceo: Dr. II p. 395: omnibus tempor.

lex docet dirimi debere sententias 8, 14, 19. *X, 58, 3 (restitutum). Facturus consules doceat accepturisque amplissimum honorem persuadeat scire se P 77, 24. P 72, 21 (amari).

exclamo: Dr. II p. 395: omnibus tempor.

prope est ut exclamem tanti fuisse P 6, 20. Plaut. capt. 3, 2, 11. Terent. eun. prol. 23. Iustin. 43, 5, 6.

fateor: Dr. II p. 395: omnibus tempor.

fatebatur ipsum pronuntiasse 2, 3, 13. 5, 2, 2 (mereri). fatemur Tironisque dolos, Tironis nosse fugaces blanditias (nos) — Plinius poeta 7, 4, 6. *8, 6, 6 (obligatos). P 21, 17 (moveri).

absol.: 2, 5, 10. 7, 4, 1. 7, 33, 1. 9, 23, 5 (parataxis q. d. exemplum). Iustin. 9, 4, 9.

ferunt: Dr. II p. 395: omnibus tempor.

Claudium Caesarem ferunt — causam requisisse — subitum recitanti — venisse 1, 13, 3. nam ferunt Xerxen illacrimasse 3, 17, 3. Cic. rep. 1, 2, 3. nat. d. 3, 23, 57. Hor. c. 3, 17, 2.

fingo: Dr. II p. 397: inde a Ciceronis aetate.

fingamus tres omnino iudices — datos esse, horum uni placuisse 8, 14, 17. Cic. academ. pr. 2, 36, 117. Quintil. 3, 6, 100. 1, 1, 24. Lucret 1, 1082. 2, 175. Iustin.: 8 loci; v. Wentzel l. l. p. 45.

de inf. ex hoc verbo pendente loco partic. praes. cf. G. Mueller (Lehre vom Inf. im Lat. Goerlitz 1878) p. 10.

indico: Dr. II p. 396: inde a Seneca maiore. Sed a Georgesio iam Terentius laudatur.

inf. praes. act.: esse — tibi — censum satis indicat quod apud nos decurio es 1, 19, 2. 6, 16, 4. 7, 11, 5. X, 10, 1.

inf. perf. act.: indicas — modicas te vindemias collegisse 9, 28, 2.

inf. fut. act.: *me facturum indicarem 9, 13, 6.

inf. perf. pass.: *quam — subtractam indicabat X, 74, 2. *X, 81, 1.

inf. praes. vbi depon.: indicaritque — adversarios — morari X, 56, 2.

inf. perf. act. et inf. praes. act.: indicavimus senatui didicisse nos — rursusque debere ex integro discere 3, 9, 35.

inf. perf. act. et inf. perf. pass.: scripsit mihi quendam confugisse — perductumque indicasse servisse (se) — Laberio — captumque — missum (esse) — fuisse — fugisse — pervenisse X, 74, 2.

quaestio obl.: 5, 7, 4. 6, 24, 3.

transit.: (obiectum suppl.) 6, 27, 1. cf. indicatur p. 39.

Phaedrus 1, 15, 3. ap. Vitruv. quater. cf. eiusdem 2, 15, 6: indicium est factum. cf. M. Caesar ap. Corn. Front. p. 68, 5: nam ita adesse nobis indictum.

interpretor: *illam et novissimam noctem mundo interpretabantur 6, 20, 15. se despici et contemni — sibi male dici — suam divinitatem, suum numen violari interpretabatur P 33, 2. Primum videtur legi ap. Cic. off. 3, 32, 113.

transitive: 2, 13, 9. X, 118, 3. P 53, 29 (ut in se dicta). 2, 7, 5 (quantum). ut suam: Vell. 2, 80, 2.

absol.: 5, 7, 5.

quaestio obl.: 8, 24, 7. ex locutione „non eget interpretatione" apta: 6, 29, 2 (cf. coniectura eget 4, 3, 5).

iacto: a Plinio non usurpatur. Wentzel l. l. p. 46 putat hoc verbum cum AcI a solo Iustino coniungi; sed v. Georg. lex. s. v., ubi „ex. gr." quattuor loci afferuntur.

iuro: Dr. II p. 398: omnibus tempor.

iurare — nihil se — dedisse, promisisse, cavisse 5, 9, 4. iurasti te nihil — fecisse P 65, 7. apud Dr. II p. 398 sq. verba „an sich denkbar" melius delentur.

iurare — e re publica esse, quod censuisset 5, 13, 5.

absol.: scis tibi ubique iurari, cum ipse iuraveris omnibus P 68, 27. iurat in leges — iurat P 65, 3. in verba iurare P 77, 9.

transit.: P 64, 28 (istud quod — hoc quod). 65, 4 (idem). 65, 5 (quod).

loquor: *alii fictum ingratum immemorem loquuntur (Tullum esse) 8, 18, 3.

primum a Cicerone videtur usurpari: Cic. Verr. 2, 5, 30. Att. 16, 10, 1. Verg. Aen. 1, 731.

minor: Dr. II p. 399: omnibus tempor.

*minatus nunquam me — rogaturum 9, 21, 4.

narro: Dr. II p. 395: omnibus tempor.

*alioqui narrasses mihi (te fontem vidisse) 8, 8, 1. narrabat sedisse se 9, 23, 2. ita narrat (paratactice) 7, 27, 13.

quaestio obl.: 9, 13, 14.

nego: Dr. II p. 395: omnibus tempor.

inf. praes. act.: negant enim congruens esse 4, 9, 19. 7, 12, 6. 7, 13, 2.

esse se Christianos dixerunt et mox negaverunt X, 96, 6. qui negaverit se Christianum esse X, 97, 2 (Traian.).

inf. praes. act. et perf. act.: negabant esse se Christianos aut fuisse X, 96, 5.

absol. vel inf. suppletur: quae sive sororis sunt, ut affirmat, sive ipsius, ut negat 1, 16, 6. 1, 20, 20. 2, 6, 3. 4, 9, 7. 3, 9, 25. 4, 11, 5. 6, 18, 2. X, 69. X, 56, 4. X, 83. P 12, 19. 12, 20.

trans.: quod negabatur P 39, 19.

notum facio: Dr.?

notum facere senatui excessisse Priscum 2, 11, 2. cui — notum feci praecepisse te X, 21. *missurum me notum accusatrici eius facerem X, 59.

dativus personae cui quid notum fit, exstat omnibus his locis.

quaestio obl.: 3, 5, 2. 4, 20, 1. X, 7 (Traian.). X, 78, 3 (Traian.).

notum habeo c. quaest. obl. X, 22 (Traian.).

perfer in notitiam meam c. quaest. obl. X, 38 (Traian.). X, 75, 2. X, 86, 2.

cf. incertum facio c. quaestione disiunctiva P 60, 22.

Alibi has locutiones non inveni.

cf. Cic. fam. 5, 12, 7: simulacra ignotis nota faciebant.

nuntio: Dr. II p. 395: omnibus tempor.

inf. praes. act.: nuntias multa te nunc dictare nunc scribere 9, 28, 3.

inf. perf. act.: nuntio tibi fuisse me 5, 17, 1. X, 15.

inf. praes. pass.: te in urbe teneri nuntiabant 5, 21, 1.

inf. fut. act. et perf. act.: *nuntiat nihil iam ne me quidem impetraturum; tam obstinate — induruisse (eum) 1, 12, 10.

inf. perf. et inf. praes. act.: qui — illud ruisse, illud ardere — nuntiabant 6, 20, 15.

transit.: vilitas nuntiatur 4, 6, 1.

cf. misit ad me uxor — amicum cum tristissimo nuntio destinasse Corellium mori nec — flecti; solum superesse me 1, 12, 9.

Raro AcI ex substantivo suspenditur. v. Menge no. 434 et huius diss. p. 30. cf. Schmalz § 158.

ominor: Talemque — (me fore) ominari solebas 4, 9, 7. Liv. 29, 35, 1. transit.: 4, 15, 5.

ostendo: Dr. II p. 395: omnibus tempor.

ostendit montes gaudere 7, 4, 6 — Plinius poeta. 2, 9, 6. 7, 9, 14. P 38, 25. Nusquam persona additur, cui quid ostenditur.

quaestio obl.: 9, 18, 1.

cf. hunc tonsum — dies ostendit 7, 27, 13. Cic. Att. 1, 1, 4.

persono: *(populus) formosum alium hunc fortissimum personat P 2, 20.

Georges affert duos locos Ciceron., unum Livi. cf. 7, 4, 9 (non 7, 9, 4, ut est ap. Georg.): hendecasyllaborum volumen nunc cithara nunc lyra personatur.

persuadeo: Dr. II p. 409: omnibus tempor.

mihi hoc unum non persuadet satius esse 1, 10, 11. persuadendum erat pronvinciis illud iter Domitiani fuisse P 20, 2. P 77, 24 v. doceo p. 84. nec unquam (tibi) persuadeatur humile esse principi nisi odisse P 85, 8. *nec p. mihi possum — saepe tractandum 7, 17, 15.

cf. Woelfflin MRh. 37, 115. absol.: 1, 10, 7 (bis).

suadeo: AcI ap. Plin. non invenitur, apud Cic. Caec. 5, 15; Arch. p. 6, 14.

Infinitivus uno loco exstare dicitur (fin. 2, 93 non repperi). locus a Georgesio laudatus: „Iuturnam occurrere fratri suasi" non est Ciceronis, sed Vergilii (Aen. 12, 814).

quaestio obl.: 7, 9, 16.

transitive: 1, 20, 11. 6, 27, 1. 6, 27, 5. 7, 1, 2. 7, 9, 7. 7, 25, 5. X, 62. P 59, 30.

absolute: 1, 22, 10. 3, 7, 6. 9, 36, 3. X, 16 (Traian.).

polliceor: Dr. II p. 397: omn. tempor.

me venturum esse polliceor 3, 6, 7. 5, 1, 1 (subiectum „te" suppl.). *quos labore et studio meo dignos (fore vel esse) cum splendor ipsorum tum hoc maxime pollicetur 6, 18, 3. *9, 28, 4 (duo inf.). *P 24, 16. *postquam polliceris (te — collocaturum) 7, 22, 1. ut polliceris X, 61, 5.

transit.: 5, 8, 3. 5, 1, 2. 8, 1, 3.

Inf. praes. apud Plinium non exstat. cf. Schmalz Sprache d. Asin. Pollio p. 22. Kolb l. l. p. 29. Exstat ap. Caes. b. g. 4, 21, 5. 6, 9, 7. cf. 2, 32, 3: facere dixerunt. Ammian. 14, 11, 19: praestitutum erat eum vita et imperio spoliari. Cic. Quinct. 7, 29: Quinctium sisti Alfenus promitteret.

Adde Draegero: non deest haec structura apud Terentium et Ciceronem; nam habemus Ter. Heaut. 724: decem minas quas mihi dare pollicitust. Cic. pro Quinct. 7, 29 v. supra.

cf. Suet. Iul. 17, 22: chirographum eius Catilinae d a t u m pollicebatur. Hoc verbum bis invenitur apud Vitruv.

ut: Iustin. 9, 2, 12.

portendo: *quibus portendi milies et ducenties (eum) habiturum 2, 20, 13. Liv. 31, 7. Accius ap. Cic. divin. 1, 22, 45. divin. 1, 23, 46.

praecipio (cf. p. 95): Dr. II p. 395: inde a Cic. aet. Referebat praecipere Thraseam solitum suscipiendas esse causas 6, 29, 1. *quod (officium) custodiendum studia ipsa praecipiunt 8, 9, 2. genus praecipiendi 8, 14, 6. sicut praecepit Saturninus 5, 7, 4. 3, 1, 6. quae praecipere deberes P 15, 25.

ut: 7, 26, 4. 8, 24, 1 (admoneo).

praedico: Dr. II p. 395: omnibus tempor.

mihi debere se praedicant 3, 9, 36. *felicem nos, felicem illum praedicamus P 2, 27. alii se satis vixisse — alii nunc magis esse vivendum praedicabant P 22, 11.

transitive: P 2, 7. 2, 23. 4, 2. praedicantur 1, 14, 10.

absolute: ut ille praedicat 3, 11, 4. de: P 91, 19. AcI: Suet. Iul. 30, 22. quod: P 93, 18.

praedico: illud praedicendum videtur cogitare me 4, 14, 8. ut ante praedixi X, 67, 2. inde a Ciceronis aetate videtur usurpari. v. lexx.

*Mummius iussit praedici conducentibus, si eas perdidissent, novas eos reddituros Vell. 1, 13. Iustin. 3, 7, 9.

praemoneo: Apud Senecam videtur primum exstare. futuros sub exemplo praemonere nullum locum, nullum esse tempus P 53, 2.

ut: P 25, 24.

nudus coniunctiv.: ut te — praemonerem, plurimum tibi credas nec cuiquam satis fidas, deinde scias 6, 22, 7. praemonetur confugeret 4, 11, 11.

quaestio obl.: sub exemplo praemonerentur 3, 18, 2. sub exemplo praemonere 2, 6, 6.

sub hoc exemplo 1, 18, 6. sub his exemplis Vell. 2, 127, 3.

AcI exstat: Ovid. her. 17, 239. Iustin. 2, 12, 12.

praetereo: paene praeterii, quod minime praetereundum fuit, accepisse me careotas 1, 7, 6.

sententia relativa: 9, 26, 9.

transit.: praeteriris P 43, 4.

AcI alibi non inveni.

probo: Dr. II p. 396: apud Cic. primum. potui probare eum esse me 8, 7, 2. X, 2, 2. P 87, 23. P 75, 25.

quaestio obl.: probabitur experimento P 43, 7.

inf. nud.: Caes. b. c. 1, 29, 1.

quod: p. quod legisti 8, 13, 1 („billige", „halte für richtig").

transit.: cum omnia facta dictaque me probare sanctissimis moribus tuis cupiam X, 3, 3. deum et facis et probas P 11, 2. quantum ab illis probaris P 47, 24. 6, 29, 1. Cic. Verr. 2, 4, 1. Vitruv. 90, 6. 133, 8. 165, 28. Tacit. Germ. 13, 3.

promitto: Dr. II p. 397: omnib. tempor.

A Vitruvio non usurpatur. *promisi — scripturum me 5, 13, 1. tu promittis ad cenam (te venturum esse) 1, 15, 1.

absol.: 1, 15, 1. sicut promisisti X, 10, 2. cum promitteres P 65, 8.

transit.: 6, 34, 1. 8, 1, 3.

Inf. praes. pass., qui apud Ciceronem semel exstat (pro Quinctio 29: Quinctium sisti Alfenus promitteret), a iureconsultis amatur. Inf. praes. in universum sermonis est quotidiani; saepius usurpatur inde a Livio, in latinitate q. d. argentea, a scriptoribus antiquos imitantibus, ut a Gellio (5, 3, 7); ab iis qui sermoni plebeio indulgent, ut ab Hygino (88, 7), ab ecclesiasticis q. d. cf. W. Kalb Juristenlatein. Prgr. Nürnbg. 1886 p. 28.

profiteor: Inde a Ciceronis aetate legi videtur.
inf. praes. act.: se voluptatem — capere profitetur 7, 7, 2. X, 4, 2 (professa fuerat).
inf. fut. act.: *quem (numerus) — suffecturum mihi professus sum X, 95 (Traian.). *7, 26, 4.
quaestio obl.: P 90, 25.
transit.: 3, 16, 9. P 95, 8 (bis; semel obi. suppl.) studia humanitatis professus P 47, 24.
absol.: qui profitentur (= praeceptores) 2, 18, 3. hic dicendi modus post Augustum demum invenitur. 4, 11, 1: Valerianum in Sicilia profiteri. 4, 11, 14: Siciliam, ubi nunc profitetur. professio = Lehre X, 58, 5.
AcI: Caes. b. g. 7, 2, 1. Cic. Mur. 13, 28. Verr. 2, 3, 217. nat. d. 1, 5, 10. 1, 5, 12. Vitruv. 63, 9: ut eis quod profiteantur scire id credatur.
pronuntio: AcI apud Plinium deest.
legitur apud Caes. b. g. 5, 34, 1. *6, 37, 7. quaestio obl.: 4, 5, 2. sent. relat.: 7, 38, 3.
apud Plinium: quaestio obl.: 5, 18, 2.
transit.: 2, 13, 10. Dr. II p. 396: primum ap. Caes. et Liv. de: 1, 5, 7. 6, 31, 12.
absol.: 5, 19, 6.
refero: Dr. II p. 395 sq.: inde a Ciceron.
referebat ipse potuisse se — vendere hos commentarios 3, 5, 17. 5, 19, 7 (esse). 6, 29, 1 (praecipere solitum (eum)). 9, 13, 25 (oberrasse). *9, 19, 5 (locutum).
dedisse me ius III liberorum (Suetonio Tranquillo) — referri in commentarios meos iussi X, 95 (Traian.).
Idem item: ius Quiritium X, 105. Suet. Iul. 30, 26. ut: Suet. Iul. 28, 16. 28, 25.
quaestio obl.: P 86, 14.
trans.: nihil — omnia referre ad 1, 22, 5.
absol.: referentibus 8, 14, 6. relatu iucunda 5, 6, 3.
rescribo: videor autem iam nunc posse rescribere esse opus pulchrum nec supprimendum 3, 15, 3.
transit.: 5, 8, 7 (actiones). 7, 9, 5 (alia). 8, 21, 6 (facta). X, 22 (quae) (Traian.).
Iustin. 11, 12, 4: sua sibi dari, „rescribo" verbum voluntatis est. Alibi non inveni. perscribo quaest. obl.: 3, 9, 1.
respondeo: Dr. II p. 395: omnibus tempor.
inf. praes. act.: respondi nunc me intellegere 1, 5, 12. 6, 16, 17. 8, 4, 7. P 77, 12.
inf. perf. act.: interrogati — quem docuissent, responderunt (se docuisse) quem prius 5, 4, 2. similiter ibid. 5, 4, 2.
inf. fut. act.: *respondimus non commissuros nos 6, 20, 10. *X, 81, 4. *X, 81, 5.
inf. praes. vbi depon.: 7, 1, 5 (posse lavari). 1, 20, 15 (posse fieri).
inf. praes. et *fut. act.: 5, 1, 3. *X, 21.
transit.: 6, 15, 3 (ius). Suet. Nero 21, 28 (vocem).
absol.: 2, 11, 3. 73, 17. cf. responsum est „Licinius" 2, 14, 11.

scribo: Dr. II p. 395: omnibus tempor.

inf. praes. act.: scribi nihil esse 1, 11, 1. 2, 12, 1. 8, 15, 1. 9, 7, 1. X, 22 (Traian.). X, 64. X, 71 (Tr.).

inf. perf. act.: 4, 10, 1: scribis — iussisse — adscripsisse. 6, 5, 1. 6, 25, 1 (duo inf.). meminisse eum scribas. Vale 7, 15, 3. 7, 17, 2. 9, 40, 1. X, 67, 2. X, 74, 1 (v. indico).

inf. fut. act.: *scripsi ei venalia futura (praedia) 7, 11, 6.

inf. praes. pass.: scribas numerum iniri non potuisse 9, 16, 1.

inf. gerund.: scripseram tibi verendum esse 4, 25, 1.

inf. praes. vbi depon.: scribis te vereri 1, 18, 1.

inf. praes. pass. et act.: scribis te — affici unumque habere solacium 6, 7, 1.

inf. perf. pass. et act.: contentus fueram — scribere eum — manumissum patronamque — decessisse X, 6, 2.

quaestio obl.: X, 45. X, 116, 1.

ut: X, 8, 2. X, 63, 1.

abs.: sicut scribis X, 21.

Plaut. asin. 4, 1, 15. Cic. rep. 1, 17, 27. ad Att. 1, 8, 1. 2, 13, 2. 3, 13, 1. Graeceius ad me scripsit, C. Cassium sibi scripsisse homines comparari qui Att. 15, 8, 2. Quintil. 11, 1, 92.

Vitruv. 158, 3. 275, 15.

significo: inde a Ciceronis aetate videtur exstare. Eadem epistula et non studere te et studere significat 7, 13, 1. 8, 3, 1. significat legisse te 9, 19, 1.

ut: 7, 27, 9. Suet. Aug. p. 81, 3.

simulo: Dr. II p. 397: omnib. tempor. se non sentire simulabat 3, 14, 2. 3, 16, 4. amare se simulant ac ne simulant quidem 9, 9, 1. v. lexx.

spondeo: Dr. II p. 398: non ante Ciceron. Fide mea spondeo futurum ut — invenias 1, 14, 10. *1, 19, 3. *6, 23, 4 (subi. suppl.). *6, 26, 2 (subi. suppl.). transit.: X, 58, 7.

subiungo: deinde subiungas nos quadraginta milia offerre 5, 7, 4. transit.: preces, aliqua.

AcI alibi non inveni.

testor: relinquamus aliquod quo nos vixisse testemur 3, 7, 14. 8, 6, 10 (decernere coepisse — obsequi). Imaginare senatum — testantem se hanc summam Pallanti coepisse decernere et perseveraturum fuisse 8, 6, 12.

Cic. Sall. Liv. v. lexx.

cf. ut actione mea librisque testatum est 4, 21, 3.

testis sum: Kuehner II p. 513. inde a Plauto et Terentio.

* Sum testis — semel omnino — (eum) provectum, ut — referret 9, 19, 5.

quaestio obl.: P 73, 3.

absol.: 1. 20, 7. Alibi AcI non inveni.

tribuo: Qua voce tribuit mihi — nihil me facere non sapientissime 4, 17, 9. ne: Tacit. ann. 14, 14 fin.

AcI alibi non inveni.

3. Verba voluntatis.

Dr. II p. 401 sqq. Kuehner II p. (509 a). 510 sq. (805). Menge no. 425. 426. Strotkoetter p. 24. Schütz p. 14, 18 (23). p. 15, 15 sqq.

censeo: Dr. II p. 406. Kuehner II p. 509 a. 510 d. 805. Menge no. 350. G. Mueller l. l. p. 9. acc. c. inf. ger. iam in Vaticinio Marcii (212. a. Chr.). omnibus tempor.

1) censeo = putare, vb. sentiendi. ut non amplius esse censeret, quod aliquis collega appellaretur P 77, 25. unum exstat exemplum inf. pass., ubi ex eodem verbo suspenditur constructio acc. c. inf. gerund.: *censuit Baebius — lege repetundarum Bassum teneri, Caepio — iudices dandos 4, 9, 16.

2) censeo = der Ansicht sein, dass etwas geschehen müsse. a) „ut", si enuntiati secundarii praedicatum est vb. act. cuius structurae apud Plinium exemplum non exstat. Iustin. 4, 5, 3. Caes. b. c. 1, 2 in. b. g. 1, 35, 4. 6, 40, 2. b) constructio acc. c. inf. ger., si enuntiati secundarii praedicatum est vb. pass. (cf. Cic. orat. 32, 115: eum censeo — non esse earum rerum rudem „dürfe n. sein").

raro invenitur „ut": Cic. Cat. 3, 14. apud Plinium: censuerat, ut bona eius — custodirentur 7, 33, 4.

acc. c. inf. gerund. exstat his locis: *Mario iudices censuit dandos, evocandos autem (eos) 2, 11, 5. *censuit septingenta milia — aerario inferenda, Mario urbe Italiaque interdicendum 2, 11, 19. 20. *2, 12, 2 (duo gerund.). *4, 9, 16 (v. supra s. 1). *4, 9, 20. *4, 12, 4 (subi. suppl.). *5, 20, 6. *5, 13, 5. *qui prius negarant Vareno quae petebat eadem danda, postquam erant data, censuerunt 6, 13, 3. *8, 6, 4 (subi. suppl., duo gerund.). *8, 6, 4.

Libri VIII. caput 14. praebet sex exempla: §§ 15. 18. 19. 19. 24. 24., in quibus § 24: qui ultimum supplicium sumendum esse censebat; § 24: absolvendos esse (eos) censebat. *X, 3, 2. *P 75, 12 (duo ger.).

Accus. cum inf. praes. act. vel pass. aptus ex verbo „censeo" voluntatem significante apud scriptorem nostrum non legitur, cuius structurae Draeger exempla affert Ciceron., Sallust., Livian.; „in späterer Zeit wenig bemerkt".

Adde Draegero: non demum inde a Cicerone, sed iam ap. Cassium Hem. exemplum exstat: frg. 16 P: censuit sese regem Porsennam occidere.

sent. relativa: P 76, 16.

transitive usurpatur: ex. gr. 5, 13, 5 (diversum; quod). 6, 27, 1 (quid). 6, 27, 5 (nova magna vera). 8, 6, 3 (illa). 8, 14, 8 (seria). 8, 14, 15 (diversa). passive: censetur miles P 15, 10.

absolute: 5, 13, 6. 8, 14, 6. 8, 14, 21. 9, 13, 13. P 60, 26. 76, 17. interiectum: 6, 9, 2.

cogo: Dr. II p. 419: inde a Cicerone, raro. Vectigalia institui — coegerunt P 37, 16. repeti coegisse (ea, quae) 3, 5, 12.

Non tam raro haec structura invenitur: Varro r. r. 2, 2, 7. Lucret. 1, 10, 10. Syr. sent. 615 R². Cic. Catil. 2, 11, 25. Phil. 5, 8, 22.

Verr. II, 1, 35, 88. 3, 36, 84. post red. 15, 37. Brut. 14, 55. Liv. 8, 13, 1. 26, 6, 1. Vell. 2, 42, 2. 2, 71, 3. Sil. 14, 106.

Vitruv. 105, 29. 108, 30. 132, 16. 159, 18. 257, 18 etc.

ut.: Vitruv. 39, 21. 173, 10.

concedo: Dr. II p. 415: „ut" tantum et nudus infin. praeter Lucret. 1, 613 sq. et Catull. 64, 29.

Apud Plinium bis haec structura legitur: inf. praes. (act. vel) vbi depon.: Concedite me non pro me magis, quam pro collega meo — fungi P 90, 25.

inf. praes. pass.: cur concedant, si concedant tamen, historiam debere recitari 7, 17, 8.

Lucret. 2, 835. 4, 380. Quintil. 2, 5, 25. Iustin. 30, 3, 9.

cf. fato concedere = mori P 11, 14.

Gabinio — cognomen Cauchius usurpare concessit Suet. Cl. 24, 17.

constituo: Dr. II p. 407/8: apud Terent. et Ciceron. (inf. fut. act.).

AcI apud Plinium non legitur; quaestio obl.: quid suadendum sit, tu constitues X, 40, 3 (Traian.). cf. Menge no. 351, 4.

cupio: Dr. II p. 403: omnibus tempor.

inf. praes. act.: cui cupio tam gratum esse munus tuum 2, 8, 4. 4, 13, 9. me pater et sentire et dicere cupit 4, 15, 6. 6, 6, 1. 7, 17, 15.

inf. praes. pass.: persuaderi tibi cupias 1, 10, 7. 6, 2, 9. 7, 19, 10. 7, 32, 1. X, 41, 5.

inf. perf. pass.: *adiutum tamen cuperem iuvenem 2, 9, 3. 2, 13, 2. Cupio enim et tibi probatum et coheredibus meis excusatum esse, quod me ab illis secerno 7, 11, 2. *7, 17, 9.

De inf. perf. pass. e verbis voluntatis pendente v. Dr. II p. 404 sq. Menge no. 426. Schmalz p. 296. Kuehner II p. 528 ann. 3. Barth l. l. p. 64.

Schmalz p. 296: weil „esse" meist fehlt, dachte man an eine Participialconstruction, da Part. überhaupt häufiger als Inf. gebraucht wird, da es besser zu den Stilgattungen, in denen die Construction heimisch ist, passt und weil Part. perf. pass. älter ist als der Inf. perf. pass. — Bréal (Mém. de la soc. ling. VIII, 3) nimmt als ursprünglich sogar das Supinum an, welches sich allmählich in Part. perf. pass. umsetzte.

Inf. perf. pass. iam a Terentio saepius usurpatur quam Partic.

Apud Vitruvium legimus: non potest esse probata = probari 132, 24. solent — nata esse = nasci 186, 20. defensae esse = defendi possint 272, 11. quantum sermo vulgaris ad hunc dicendi modum formandum valuerit apparet. Praeterea

memorandum videtur, nusquam apud eundem infinitivum perfecti sine „esse“ exstare (cf. linguas q. d. romanas).

De subiecti pronomine addito, si idem subiectum est enuntiato et primario et secundario, Mueller l. l. p. 3: „Rücksicht auf Betonung des Subiects ist zwingender als die Beschaffenheit des Prädicats, sodass pass. Infinitive an sich den Subiects-Accus. keineswegs verlangen“.

ut: responsum est mihi cupere — universos ut a me rationes coloniae legerentur X, 47, 1.

ne: cupio ne nobiles nostri nihil — pulchrum nisi imagines habeant 5, 17, 6.

nudus coniunct.: 5, 14, 9. cuperem — pervenire potuisses X, 18, 1 (Traian.).

desidero: Dr. II p. 403: omnibus tempor.; iam apud Plautum. Legitur apud Lucif. Caralit. (cf. Hartel l. l. p. 47). * Fortem te desiderarem 6, 4, 3.

Cf. Kuehner II p. 528 ann. 3 fin., qui tantum verba „volo“ et „malo“ ita construi dicit.

ut: apud ICtos. cf Kalb l. l. p. 41.

destino: (Dr. II p. 407: apud Livium).

AcI apud Plinium non legitur. de eo, quod destinaveris 9, 13, 6. reum 9, 13, 7. Sueton. G. 16, 30: legationem.

fero: Dr. II p. 415: semel a Terentio usurpatur; saepius inde a Ciceronis aetate. * feres enim me ambitiosum X, 41, 5. „cum dolore f.“ P 37, 19. curam P 41, 21. optimum P 44, 26. Hor. ep. 1, 8, 17: fortunam — te.

iubeo: Dr. II p. 409: omnibus tempor.

Tricies quinquies ap. Plinium invenitur, rarius quam apud historicos propter materiam, quae ab eo tractatur.

Nunquam subiectum idem est utrique sententiae.

Iube basin fieri 3, 6, 5. 6, 16, 7. 6, 20, 8. 7, 11, 1. 7, 14, 1. 7, 27, 11. 8, 14, 19. 9, 19, 1. X, 27, 1. X, 58, 5. X, 70, 2 (duo inf.). X, 90, 1. X, 96, 3. X, 96, 5. P 26, 17. 51, 16. 94, 19.

Subiectum supplendum est: deferri (se) in balineum iubet 6, 16, 12. seu scribis aliquid seu legis, tolli auferri iube 6, 33, 1. iubet sterni sibi (lectum; vel „sterni“ absolute intellegendum est) 7, 27, 7. X, 22 (ea). X, 70, 2 (solum). X, 114, 3 (civem). quidquid pater debuit, acceptum tibi fieri iubebo 2, 4, 2.

Subiectum inest in infinitivo: sibi nuntiari iubent an 1, 13, 2. 6, 31, 12. 7, 27, 7 (v. supra). referri (dedisse me) — iussi X, 95 (Traian.). Idem: X, 105 (Traian.). X, 6, 2 (et subi. et inf. suppl.).

ut: ut susciperes et rogavit et iussit P 78, 28.

nudus coniunct.: tum mater orare, hortari — iubere quoquo modo fugerem 6, 20, 12 cf. p. 57.

transit.: P 4, 29 (aliquid).

absol.: 7, 11, 2. 7, 21, 1. P 10, 31.

malo: Dr. II p. 402: omnibus tempor.

*malles tu quidem multos 2, 13, 3. 4, 14, 6 (duo inf. pass.). enitar ut filius tuus avo similis existat, equidem malo materno (similem eum existere) 3, 3, 1.

subiectum est idem: malui hoc potius tempore me patrem fieri X, 2, 3. (subiectum „me" alteri subiecto contrarium non est; ex quo intellegitur aut nihil interesse inter AcI et nudum infinitivum aut AcI positum esse propter verbum pass. (dep.) „fieri").

cf. ut spero et malo 9, 13, 17.

nolo: Dr. II p. 402: omnibus tempor.

nolo quemquam — opinari 9, 1, 2. ut crederetur noluisse decerni (honores) P 54, 7. P 54, 4 v. „volo".

nudus coniunct.: nolo existimet quisquam X, 58, 9 (Nerva.).

obsecro: nud. coniunct.: obsecrabat implerem 4, 9, 12.

opto: Dr. II p. 403: omnib. tempor. Menge no. 426 ann., 438, 4.

copula „esse" omnibus locis desideratur. *fortem te et hilarem opto X, 1, 2. *patronum me — optassent X, 3, 2. *alii se superstites reipublicae optabant faciebantque P 67, 2.

cf. opto amicos tibi tam fideles 2, 10, 5. optamus tibi ominamurque — consulatum 4, 15, 5.

nihil obest, omnibus his locis pro AcI (omissa copula) duplicem accusativum accipere.

ut: 7, 33, 2. P 74, 8.

absol.: P 67, 5. 72, 12. 78, 13.

*se quisque eum optabat quem fortuna in certamen legeret Liv. 21, 42, 2. locus Cic. fam. 1, 7, 11 praebet „spero et opto". Cic. Phil. 5, 51: qualemque eum maxime velle esse et optare debemus.

Legitur apud Lucif. Caral.

patior: Dr. II p. 415: omnibus tempor.

nec pati quemquam filio amisso insuper affici alio dolore P 38, 28. P 46, 24. 52, 12. 67, 4 (nihil — optari pateris). qui se collegae adnumerari patiebantur 2, 11, 22. dies feriatus patitur plura contexi 3, 14, 6. X, 3, 2. statuam poni mihi a te — patior X, 9 (Traian.). rem — venire non patitur 5, 9, 6 (melius intellegitur accus. et inf.).

permitto: Dr. II p. 414: omnibus tempor.

permitteret — famam vitamque eius carpi P 53, 28. si causa permittat 1, 20, 2.

De loco X, 79, 2: „edictum divi Augusti, quo permisit, minores magistratus ab annis duobus et viginti capere" viri docti dissentiunt. Nam cum Remy l. l. p. 51 constructionem accusativi cum inf. coni. exstare censeat, Hardy nudum infinitivum accipiens „minores" pertinere ad „magistratus" existimat atque deesse posse. Illi assentitur Georges (Bursian 1890 p. 248); ego facere non possum quin ad Hardyii sententiam accedam ita, ut non supervacuam esse arbitrer vocem „minores", quippe qua nobis perspicuum fiat Augustum grave illud edictum ea constituisse condicione, ut minores tantum magistratus, non maiores ante aetatem legitimam capi possent. —

A Lucifero Caralitano usurpatur. Cum supino coniungitur: ad hoc sepulcrum itum, ambitum omni tempore permissum est. Inscriptt. Gruter. 827, 5.

Nudus coniunct.: ipsi vero permisit — ex rebus suis raperet 4, 11, 13.

peto: nudus coniunct.: 4, 28, 1. 5, 8, 14. 6, 19, 3. 9, 13, 16. X, 39, 6.

ut: 4, 28, 3. ne: 3, 9, 8.

postulo: Dr. II p. 411: omnibus tempor.

Dari sibi diem et edi crimina postulabat 3, 9, 32.

nudus coniunct.: 6, 31, 10.

cf. legati — me iam praesentem advocatum postulaverunt 4, 4, 3. Cic. fam. 5, 14, 2 (Lucceius): quas elevare tua te prudentia postulat. Plin. 18, 14, 36.

Becher l. l. (Mus. Rh. 37 p. 582): „postulo" cum acc. c. inf. raro inveniri apud Ciceronem (Lagergren l. l. p. 164: „rarius"), duo tantum locos se nosse: de orat. 1, 22 (101) et ep. ad Brut. 1, 10 (3). Vir doctissimus videtur solum inf. act. spectare; nam cf. locos qui a Draegero laudantur.

praecipio: Dr. II p. 410: inde a Curtio. v. p. 87 (verba dicendi), ubi duo acc. c. inf. gerund. afferuntur. Inf. praes. apud Plinium non legitur.

Cf. ut: 7, 6, 10. 8, 24, 1. additur dat. personae: 7, 26, 4. X, 77, 1.

nudus coniunct. addito dativo: 7, 24, 5.

quaestio indir.: X, 47, 3. X, 72.

transitive usurp.: P 15, 23. 45, 22. 47, 23.

absol.: ut praecepi X, 33, 2. X, 6, 1. 5, 7, 4. 3, 1, 6.

prohibeo: Dr. II p. 413: omnibus tempor.

Largitiones ex publico fieri mandata prohibent X, 111 (Traian.). apud Plautum nusquam nisi aulul. 435. apud Terentium nusquam nisi Hec. 2, 66.

recuso: Dr. II p. 414: inde a Plinio mai. AcI apud Plinium non exstat.

ut: cum ipse ut eas inspiceres non recusaverint X, 48, 1 (Tr.).

ne: Caes. b. c. 3, 82 fin. (affirm.).

AcI: Tacit. ann. 1, 79, 10. Plin. 29, 1, 8 (esse). Terentian. 1037.

rogo: Hoc verbum a Plinio cum AcI non coniungitur; qui invenitur non demum, ut Wentzel l. l. p. 48 cum Draegero p. 408 putat, apud Iustinum (1, 4, 9), sed iam apud Ovidium (ars am. 1, 433. met. 14, 138); nudus inf. apud Catull. 35, 10: rogat morari (euntem). ad signandum testamentum rogare Plin. ep. 1, 9, 2.

Exstant autem:

1. Formae activae.

a) ut:

1, 5, 8. 8, 3. 18, 1. 22, 8.

2, —

3, 15, 1. 10, 5.

4, 13, 10. 17, 1. 28, 3.
5, 1, 8. 4, 4.
6, 4, 5. 8, 5. 12, 5. 18, 1. 27, 1. 28, 2.
7, 14, 1. 14, 2. 23, 1.
8, —
9, 13, 4.
X, 4, 6. 10, 2. 11, 2. 26, 2. 43, 4*. 47, 3*. 75, 2. 81, 8*. 118, 3.

loci asterisco muniti particulam „ut" proximam habent ab ipso verbo „rogo".

P 39, 24. 78, 28 (cum verbo „iubeo").

ne: 4, 13, 1. 9, 13, 19.

b) nudus coniunctivus.

1, 1, 2. 5, 8. 20, 24. 24, 2.
2, 5, 2. 13, 10. 20, 7. 20, 10.
3, 2, 6.
4, 4, 2.
5, 1, 4. 19, 8.
6, 6, 1. 8, 9.
7, 6, 11. 17, 14. 27, 14.
8, 17, 6.
9, 19, 5.
X, 5, 2 (bis). 6, 2. 8, 4. 10, 2. 11, 2. 13. 19, 1. 26, 3. 27. 29, 2. 45. 56, 1. 104. 108, 1. 116, 1.
P. —

e „rogare" a Cicerone raro nudus coniunctivus suspenditur; invenitur ad Att. 7, 12, 1. ad fam. 5, 10 b. 11, 1, 5. 11, 2, 3. 11, 9, 1. 12, 14, 4, quae epistolae ad Ciceronem datae sunt. — In epistulis ad Brutum exstat 1, 6, 2. 1, 6, 4. 1, 16, 5 (a Bruto datae). cf. Becher Mus. Rh. 37, p. 582. — A Suetonio „ut" saepius omittitur. cf. Freund l. l. p. 58 § 7. De Vell. dicendi genere cf. Lange p. 13.

Discrimen inter has duas structuras videtur Plinius non facere in epistulis, ne in iis quidem, quas ad Traianum dedit.

„ut" non omittitur:

1) ubi e verbo obiectum pendet (X, 43, 4. 47, 3. 81, 8) praeter 7, 17, 14: ut ultra te rogem monstres.

2) in Panegyrico.

In summa: „ut" exstat in epistularum

libris 1. 3. 4. 5. 6. 7. 9.	: vicies semel.
libro X.	: novies.
Panegyrico	: bis.
„ne"	: bis in ll. 4. et 9.
„ut" : tricies bis.	
„ne" : bis.	
coniunctio final. : tricies quater.	

nudus coniunctivus: in epistul.
libris 1.—9. : undevicies,
libro X. : quindecies (!),
Panegyrico : —

nudus Coni. : tricies quater.
ut (ne) : nud. Coni. = 34 : 34.

Geucke l. l. p. 10 numerat 29 locos, ubi „ut" legitur.

Kraut l. l. p. 33: „unter 30 verglichenen Stellen fehlt „ut" 20 mal". (10 : 20.) Ibidem adde verbis, quae a Plinio cum nudo Coniunctivo construuntur: admoneo, denuntio, permitto, volo, nolo, facio. de verbo „facio" ita usurpato v. O. Altenburg l. l. p. 503.

Transitive verbum „rogo" usurpatur ex. gr. 1, 9, 2. 6, 6, 8. 6, 9, 2. P 26, 13 al. cf. 8, 16, 2. 9, 21, 1.

Absolute: 4, 29, 2. 8, 16, 2 (obiecti loco enuntiatum relativum). 9, 21, 1 (flevit multum, multum rogavit, multum etiam tacuit). 9, 21, 4 (quater). X, 2, 1. X, 59. X, 94, 3. P 12, 18. P 26, 3. 2, 13, 11. 3, 9, 25. 4, 13, 3. 4, 17, 1. 5, 13, 1 (bis). 7, 19, 5 (bis). cf. rogatu alicuius 1, 5, 5.

2. Formae passivae.

ut: 8, 6, 9. 4, 17, 1. X, 83. X, 106.

enunt. fin. deest: 1, 13, 4. 2, 13, 11. 3, 15, 2. 6, 34, 2. 7, 19, 5. 8, 6, 10. P 26, 15. 46, 25. in advocationem rogari 8, 21, 3. quod (pronomen) rogabatur 9, 27, 2. quae principes rogari gestiebant P 39, 15. consulem rogari sententiam 61, 25.

Adde Draegero II p. 321: nudus inf. legitur: Ovid. her. 6, 144. Vitruv. 133, 16 rogetur — committere. Priapea 21, 1. Martial. 1, 109, 13. Arnob. 114, 6: audire exposcimus et rogamus. Catull. 35, 10 (v. p. 95).

sino: Dr. II p. 415: omnibus tempor. Deest apud Vitruvium, apud ICtos, in linguis q. d. romanis.

exorari te sinas 9, 21, 3. et quod alibi tibi gratias agi non sinis et hic sinis P 4, 31. coni. nudus: sine ferantur 2, 10, 2. Altenburg l. l. p. 506.

veto: Dr. II p. 413: inde a Ciceron.

Sed iam ap. Terentium legitur Phorm. 865. Apud Vitruvium deest. sed lex munera quoque accipi vetat 4, 9, 6. 9, 19, 1 (fieri). 9, 19, 6 (exstrui). X, 96, 7 (esse). X, 114, 3 (adscribi). vetuisti exigi quod deberi — coeperat P 40, 17.

volo: Dr. II p. 405: omnibus tempor. Nusquam subiectum est idem utrique sententiae.

inf. praes. act.: 2, 18, 2. 3, 18, 11. 4, 9, 5. 9, 28, 3. 9, 30, 1. X, 26, 3. X, 56, 3. X, 68. X, 72. X, 81, 5. X, 108, 1. P 60, 27. 65, 30. esse: 6, 20, 10. 8, 13, 2. X, 21 (praeesse). P 66, 6. 91, 21.

vb. depon.: 3, 16, 10. 4, 15, 5. P 98, 10. fieri: 4, 12, 3. videri 8, 3, 2. X, 48, 1 (!).

inf. perf. act.: 8, 4, 7 (nosse).

inf. praes. pass.: cum intentionem vellemus intellegi 1, 8, 18. 2, 5, 9. 4, 17, 3. 6, 12, 4. 7, 3, 4 (duo inf). 8, 6, 10. 8, 6, 15. 9, 2, 5. 9, 9, 3 (sileri). 9, 11, 1. 9, 27, 7. X, 27. X, 35 (duo inf.). X, 45. X, 58, 5. X, 65, 2. X, 79, 5. X, 81, 1.

inf. perf. pass.: cum — iis — consultum velis X, 105 (Traian.). hominibus — consultum volo X, 111 (Traian.).

subiectum suppletur: nec discerni (se) volebant 7, 19, 10. lex senatorem esse voluisset (eum), qui X, 79, 4.

inf. suppl. vel verbum absol. usurp.: adscribere sibi quos vellent cives (esse) X, 114, 1. sic fit, ut nos tibi plus velimus (licere) P 65, 30. orationem — caelestem (esse) volo 1, 20, 22.

et subi. et inf. suppl. vel vb. absolute us.: ex quo marmore (basin fieri) velis 3, 6, 5. volo (filiam — mori) 3, 16, 10. ego volo (te teneri) 5, 21, 1. superstites voluit (vos esse) 6, 20, 10. ut vellet (spectaculum — tolli) P 46, 25.

subiectum inest in infinitivo: ut hoc potius quam de illo sileri velis 9, 9, 3.

Memorandi videntur hi loci: quid observare me velles X, 56, 3. quid observare me velis X, 68. quid observare me velis X, 72. quid observari velles X, 65, 2. quid observari velles X, 79, 5. qualia essent, propter quae videri volunt (Apamei) eos qui . . obtinuerunt, abstinuisse X, 48, 1 (Traian.).

Nudus coniunct.: cf. Altenburg l. l. p. 506. 3, 13, 1. 3, 19, 9. 4, 15, 8. 4, 22, 3. 5, 7, 4. 5, 12, 4. 6, 8, 8. 6, 34, 33. 7, 9, 8 (bis). 9, 39, 3. X, 57, 6. P 70, 2.

absolute usurp. (vel inf. suppl.): 5, 8, 1. 9, 19, 5 et 9, 37, 1: aliter ac velim (s). X, 61, 3. P 28, 13 (bis). 31, 8. 40, 5.

transit.: P 9, 30. 54, 4.

Huc non incommode nonnulla afferuntur de Oratione obliqua.

Cf. Draeger II p. 442 sqq. Kuehner II p. 1025 sqq. Menge no. 457. 458.

De Plinii orationis obliquae usu pauca tantum monenda sunt, cum fines a Cicerone constitutos scriptor noster egressus non sit.

1) Ac primum quidem videamus de enuntiatis relativis. Quorum si pronomen relativum idem est atque „et hic“, „et is“, „is tamen“, „nam is“, „is autem“ etc., ita ut enarratio continuetur, speciem tantum sententiae secundariae exstare atque accusativi cum inf. coni. structuram desiderari notum est. Atque Caesar quidem interdum coniunctivo

utitur, ut cum antecedentibus coniunctio fiat artior, ex. gr. b. g. 1, 20, 3. 2, 31, 5. 7, 14, 10. 7, 20, 5.

Plinii hi sunt afferendi loci: exta duplicia, quibus portendi etc. 2, 20, 13. non sustinere (se) deserere officii sui partes, in quo tamen et suo dolori modum imponere et optimarum feminarum perferre modestissimum affectum; quas contentas esse admonere senatum 9, 13, 16.

Constat Octavium — superfudisse unguentum, cuius illum novitatem — in altum refugisse — repetisse 9, 33, 9. quod ipsum facere (se) desisse X, 96, 7. Ullane satis digna praedicatio est, idem tertio consulem fecisse quod primo (fecisset), idem principem quod privatum (pro: quod privatus fecisset) . . P 64, 26.

2) Tum contemplemur eas sententias secundarias, quae modum indicativum praebent. . Quo in genere dicendi Plinii sermo nonnunquam ab aureae q. d. aetatis abhorrere videtur; quae res utrum ad nimiam quandam affectationem auctoris an imitationem linguae Graecae referenda sit dubium est. Invenitur modus indicativus locis fere omnibus, ubi sententia secundaria adiecta est accusativi c. inf. coni. structurae: 1, 16, 9. 1, 17, 4. 2, 3, 8. 2, 11, 19. 2, 3, 10. 3, 9, 16. 3, 9, 17. 9, 1, 2. 9, 3. 9, 19, 2. 9, 26, 13. X, 47, 2. X, 48, 1. 2. X, 49, 2. X, 57, 2. X, 58, 9. P 59, 6. 66, 30. 67, 16. 71, 7. 77, 22. 77, 25. 80, 21. 93, 18.

Modus coniunctivus: ex. gr. 3, 5, 16. 9, 13, 16. 3, 9. 27. 2, 5, 6.

Indic. et coni.: 2, 12, 4. 3, 9, 17.

Quamquam multos videmus eiusmodi certamina sumpsisse, quosque subsequi satis habebant, dum non desperant antecessisse 7, 9, 4.

Particulae temporales velut cum, dum, postquam etc. etiam apud optimi aevi scriptores, praecipue historicos cum indicativo construnutur. Dr. II p. 446, 4. Menge no. 458. 362, annot. 9. cf. 9, 26, 13.

Indicativus recte legitur: ex. gr. quod ipsum facere (se) desisse post edictum meum, quo hetaerias esse vetueram X, 96, 7. illi (Iovi) debere nos quidquid tibi debeamus, illius quod bene facias muneris esse qui te dedit P 52, 12.

3) Leges consecutionis temporum q. d. scriptor noster neglegit his locis: In fine sententiae adiecit, quod ego et Tacitus — functi essemus, arbitrari senatum ita nos fecisse ut dignum mandatis partibus fuerit 2, 11, 19. Si „ut" particula comparativa intellegitur, rectius pro „fuerit" scribi oportebat „fuisset"; (si consecutiva, recte scribitur „fuerit"), quamquam negari non potest praesertim in longiore oratione interdum pro tempore imperfecto vel plusquamperfecto inveniri tempus praesens vel perfectum. (Menge no. 457 III annot. 6.)

cf. 8, 6, 13. 7, 9, 2..

4) Verbum regens nonnunquam supplendum est, ut P 9, 4. 9, 26. 10, 18. 10, 27. Pronomen subiectivum persaepe mente addendum esse, praesertim in epistulis, mirum esse non potest. (Menge 438, 11).

Caput III.

De nominativo cum infinitivo.

Dr. II p. 446 sqq. Kuehner II p. 520 sqq. Menge no. 436. Schmalz p. 293 sq. Strotkötter p. 23. 32.

Schütz p. 12 III. 15, 21. (15, 40. 16, 5.): „Im Passiv dieser Verba (heissen, zwingen, ermahnen etc.) kommt das Accus.-Object in den Nomin. und wird Subject, auf welches sich jetzt der ergänzende Infinitivus bezieht." „Etliche Verba sent. und dicendi nehmen im Passiv den Subjects-accus. eines AcI als persönliches Subject zu sich, auf welches sich dann der Inf. als Praedicatsergänzung bezieht."

Haec explicatio ut simplex ita perspicua cum probetur nobis, nominativi cum infinitivo coniuncti structuram exstare, quae verbis regatur (p. 12, 38. 15, 25) negamus, quod nominativus infinitivo appositus non magis e verbis pendere potest quam nudus nominativus.

Nominativus et infinitivus vel infinitivus casui nominativo adiectus apud verba, quae active usurpata praeter

accusativum obiecti etiam infinitivum supplementi loco adsciscunt, et apud nonnulla verba sentiendi et dicendi invenitur.

1. Verba, quae active usurpata accusativum et infinitivum regunt.

admoneor: inde a Caes. tempor., apud Ciceronem deest; apud Hirtium semel 8, 12, 7 (in Caesaris commentariis non legitur). cf. Dr. II p. 323.

decedere admonebamur 1, 2, 4. admonitus absol.: 1, 13, 4. X, 1, 4. admoneor absol.: 5, 12, 1.

ut: 6, 31, 6.

moneor: Philippus — vitare monebatur. Cic. de fato 3, 5. Iustin. 2, 5, 4. reddebant, quae monebantur P 26, 12.

cf. Korb l. l. p. 14.

arguor: Dr. II p. 448: inde a Cic. tempor.

arguebatur emisse 2, 11, 8. arguebatur — fecisse 4, 9, 20. legitur etiam ap. Lucifer. Car. (Hartel l. l. p. 47). Cic. R. A. 13, 37. Vell. 2, 33, 2 (mentitus argui posset). Quintil. (v. Georg. lex.). Sueton. Cl. 16, 6. Galba 7, 26.

cf. si deferantur et arguantur X, 97, 2 (Traian.).

cogor: Dr. II p. 328: omnibus tempor.

cogimur disputare 1, 8, 5. 2, 5, 5. 5, 10, 1. 6, 31, 10. 7, 6, 2. 7, 11, 7. 7, 19, 1. 7, 20, 3. cogimur quaedam facere antequam nosse 8, 14, 3. X, 39, 6. X, 110, 2. P 39, 2. 52, 15. 70, 25. 84, 31. 88, 3.

coactus est — respondere 3, 9, 32. coactum esse 8, 14, 15. coacta P 35, 27. coactus princeps — occidere, ut daret principem, qui cogi non posset P 6, 23.

absol.: P 5, 5. 43, 9. 9, 23, 1 (coacti).

nihil: quorum (sc. actiones quaedam) nihil posse cogi dicuntur X, 96, 5. P 6, 19. illa: 8, 6, 3. ad imperium: 3, 9, 15.

Saepe invenitur apud Vitruvium, ubi non raro significat: „müssen": 170, 25. 196, 22. 178, 5. 284, 13. 251, 3. Apud Maecianum quindecies.

convincor: Dr. II p. 448. p. 452: inde a Livio (Dr. p. 448: „Sallustio").

Nominatus (nomen propr.) admisisse convinceretur 5, 13, 4.

Adde Draegero p. 448: convicti confessique sint caedem — paravisse — Sallust. Cat. 52, 36. Suet. Vesp. 4, 22.

deprehendor: *X, 56, 3.

iubeor: Dr. II p. 450: omnibus tempor. Schütz p. 13, 1 sqq.

qui adesse erant iussi 2, 11, 8.

Partic. iussus: adesse 2, 11, 2. excutere 7, 31, 2. egi — a senatu iussus 6, 29, 7. ut iussus 8, 15, 2. (cera) iussa fiat opus 7, 9, 11 — Plin. poeta. iubebantur iurare 5, 9, 4. ea iubear 6, 29, 11.

ut: Suet. Tib. 22, 36: quibus (codicilli) ut id faceret iubebatur.

vetor: Dr. II p. 452: omnibus tempor.
et venire advocationes et emi vetabantur 5, 9, 4.
cf. facto vetito quidem, non tamen inusitato 4, 9, 17.

2. Verba sentiendi et dicendi.

aestimo: aestimabuntur ut coepta 8, 4, 7. Vitruv. 49, 2: tanti esse semper aestimabuntur.

conspicior: *iuvenis et validus (esse) conspiciebatur 4, 17, 6.

Hor. c. 3, 7, 26 flectere equum conspicitur.

credor: Dr. II p. 453: neque apud Cic. neque apud Caesarem; primum ap. Lucret. 4, 389.

inf. perf. act.: fecisse credantur 1, 8, 15. creduntur — potuisse vivere 1, 12, 2. credebatur — accusasse 3, 7, 3. crederetur noluisse decerni P 54, 8. habuisse credantur 4, 9, 13.

inf. praes. pass.: ut non moveri omnia sed verti crederentur 6, 20, 3.

inf. perf. pass.: inventae esse creduntur 8, 24, 2.

Formae compositae ap. Plin. non leguntur.

cf. falsum est, quod vulgo creditur, testamenta hominum speculum esse morum 8, 18, 1. pro certo creditur — vacuam domum fecisse — Sall. Cat. 15, 2 (v. ibi annot. in edit. Iacobs-Wirz.).

deferor: Dr. II p. 453: apud Tacitum solum (3, 22, non 2).

*qui Christiani (esse) ad te delati fuerant X, 97, 1 (Traian.).

cf. qui ad me tamquam Christiani deferebantur X, 96, 2. si deferantur et arguantur X, 97, 2 (Traian.). AcI ex hoc verbo activo ap. Cic. nonnunquam pendet.

dicor: Dr. II, 448/9: omnibus tempor.

inf. praes. act.: dicuntur in manibus esse 1, 2, 6. 1, 24, 1. quod alioqui factitatum et esse necessarium dicitur X, 79, 3.

inf. suppl.: 6, 21, 4. 6, 31, 7. 8, 14, 18. X, 65, 3. X, 96, 8.

subiect. suppl.: diceretur (Marius) poenas vendidisse 2, 11, 5.

et inf. et subiect. suppl.: cuius (esse) dicantur (epistulae) 2, 10, 3.

inf. perf. act.: alius excessisse dicitur, alius non implesse 1, 20, 21. 2, 11, 5. 5, 8, 13. 7, 10, 3. diceris — patientissimus fuisse — sed diceris P 59, 10.

subiect. suppl.: 2, 11, 5. v. supra.

inf. praes. pass.: quorum nihil posse cogi dicuntur X, 96, 5.

inf. perf. pass.: *in quo dicuntur sepulti X, 81, 7. absol.: ut vulgo dicitur.

cf. Cic. rep. 2, 2, 4: dicitur (Romulus) — exponi iussus esse.

Formae compositae desunt.

existimor: Dr. II p. 449: omnibus tempor.

existimatur pars esse perfecta 2, 5, 12. *X, 51, 2. *probi et frugi existimentur P 88, 6. *P 38, 25. *P 3, 22. *1, 5, 12. *8, 4, 35.

Formae compositae desunt praeter existimanda est P 38, 25 et existimandum est 8, 4, 35. Cic. de orat. 2, 1, 4. Caes. b. g. 4, 10, 5. 5, 13, 6. 6, 3, 5. 6, 11, 3. 6, 13, 11. 6, 20, 1. 3, 23, 5. 7, 30, 2. Caes. b. c. 3, 15, 8. 3, 18, 4.

feror: Dr. II p. 448/9: omnibus tempor.

cuius oratio optima fertur esse, quae maxima 1, 20, 4. adiecisse fertur 2, 3, 10.

habeor: Dr. II p. 453: inde a Sallustio. omnibus locis copula deest. * ut orator habeatur 4, 7, 4. * praetorius habebatur inter 4, 11, 1. * P 37, 26. * P 11, 9. * P 61, 6. * P 81, 13. * P 84, 14. * P 83, 13. * inter eloquentissimos causarum actores habebatur 4, 11, 1.

cf. „tibi longo sed proximus intervallo" et esse et haberi concupiscebam 7, 20, 4. Cuius haec verba sint, statuere non possum.

indicor: Dr. II p. 450: semel ap. Ciceron. Apud Plin. quaestio obl. invenitur: sunt alter alteri quid pararent indicati 6, 5, 6.

intellegor: Dr. II p. 450: omnibus tempor.

hoc solo intellegerentur ipsi consules fuisse P 65, 14. * Plin. 28, 4, 14. * Tacit. ann. 3, 3, 3.

invenior: Dr. II p. 451: inde a Cic.

* dignus invenireris P 14, 22. 2, 3, 1. Cic. Clu. 180. offic. 3, 4, 19. Suet. Aug. 94, fin. Terentian. 801. 2852. Lucif. Caral.

legor: quae leguntur (uxores) 7, 19, 7. Propert. 4 (5), 11, 36.

narror: Dr. II p. 454: non ante Horatium. deest ap. Vitruv. et Iustin.

omisisse narrantur. Narrantur dico? 7, 6, 1. eadem figura occurrisse narratur 7, 27, 3.

negor: Dr. II p. 450: omnibus tempor.

Negabatur (Trebonius) ex auctoritate publica fecisse 4, 22, 1. Ovid. f. 4, 321. Martial. 2, 5. Suet. Aug. 94 (p. 80, 18).

nuntior: Dr. II p. 450: omnibus tempor.

nuntiatus est Silius Italicus inedia finisse vitam 3, 7, 1. * Tusci grandine excussi, in regione Transpadana summa abundantia, sed par vilitas nuntiatur 4, 6, 1.

Forma „nuntiatus sum" apud Plinium nostrum primum legi videtur.

Plaut. most. 1, 3, 76. Caes. b. c. 3, 62 fin.

praedicor: Dr. II p. 451: omnibus tempor.

* Ut enim non sint tales, quales a me praedicantur 7, 28, 2. 1, 14, 10.

absol.: 1. 8, 15 v. credor.

probor: Dr. II p. 454: apud Ovidium prim.

* sceleratus probaretur 6, 22, 4. * sententia — proconsulis, qua probabatur Archippus crimine falsi damnatus in metallum X, 58, 3. cf. Kraut l. l. p. 40 sq. * qui socii ministrique — probari non poterant 3, 9, 12, * ille praevaricator probaretur 3, 9, 35. * liberti probarentur X, 31, 4.

commodasse, stipulatusque de Marciano L milia denariorum probabatur, ipse praeterea accepisse 2, 11, 23.

absol.: probati sunt X, 30, 2.

trans.: X, 3, 3.

cf. Wentzel l. l. p. 59 annot. 1. Vitruv. 179, 19. 238, 24.

comprobor: Arnob. 162, 11: Plutarchus nostrarum esse partium comprobatur? Lucif. Caral.

prodor: Dr. II p. 454: non ante Plin. Mai.

*legenda (dedecora) praesentibus, legenda futuris proderentur 8, 6, 14.

putor: Dr. II p. 451: omnibus tempor.

*quae licet fortuita et inania putentur 1, 10, 6. *una sententia putaretur 8, 14, 18. deest ap. Iustinum.

Cic. Att. 7, 3, 10: Terentii fabellae — putabantur a Laelio scribi.

reperior: Dr. II p. 451: omnibus tempor.

*digni reperiantur 2, 18, 4. cf. iacentes 7, 27, 12. P 1, 14.

Adde Draegero: Cic. Verr. 2, 44. 2, 99. 4, 48. 4, 104 (tria partic. perf. pass. sine „esse"). off. 1, 3, 10 ea (non „eam") distribui debere reperitur.

Verr. 1, 28. Caecin. 21, 61 (parati fuisse). Font. 1, 2 (fecisse).

Plaut. Bacch. 3, 6, 12 (*falsi). Cic. Flacc. 38, 94. Lucret. 1, 505: natura — constare reperta est. Suet. Iul. 75, 21: perisse. Vesp. 15, 13 (insons).

Cf. M. C. P. Schmidt Neue Jahrb. 1890 p. 465 sq.: ap. Vell. 2, 98, 1. cf. 2, 4, 5. cum duobus nominativis: 2, 4, 5. 2, 27, 2. apud Suet.: vicies semel. dupl. nomin.: semel[29]).

videor: Dr. II p. 452: omnibus tempor.

I. „scheinen".

1) inf. praes. act. vel depon.:

a) additur persona cui quid videtur: *quanti videberis aliis 1, 3, 5. mihi visa est socrus obsecrare 1, 18, 3. *1, 18, 4. 2, 11, 14 (dicturo). *3, 7, 13. *3, 10, 4 (amicius visum est). *3, 16, 13. *4, 8, 3. *4, 10, 2. *4, 17, 4. 4, 18, 2. *4, 19, 7. *4, 21, 1. *5, 1, 4. *5, 5, 4. *5, 8, 1. *6, 5, 1. *ut sibi et paucis videntur (diserti esse). *7, 4, 1. *7, 12, 4. *7, 20, 4 (imitabilis — imitandus). *quod nobis absolutum videtur, sed iam videatur et tibi 9, 1, 4. *9, 31, 2 (visa). X, 31, 2. X, 39, 2. *X, 96, 9. 1, 18, 2. *2, 5, 1. *4, 8, 3. 2, 17, 29. *4, 17, 4. *4, 21, 1. *5, 8, 1. 5, 17, 6. 6, 11, 2. *6, 20, 16. *6, 30, 4. 7, 24, 5. *7, 28, 2. *8, 2, 2. *8, 6, 2. *8, 14, 15. *9, 19, 6. X, 23, 1. X, 41, 1. *P 13, 14. *13, 17. 55, 1. 67, 10. *71, 20.

b) deest persona: *molesta videatur oratio 1, 8, 6. 1, 9, 1. *1, 9, 3. *quae non ex natura nec fatalis videtur 1, 12, 1. si non errare videor . . . si errare 1, 20, 25. *2, 2, 2. 3, 1, 6. *3, 6, 5. *3, 7, 13. *3, 9, 5. 3, 9, 8. *3, 9, 17. 3, 11, 5. *3, 19, 4. 4, 3, 3. *4, 8, 3. 4, 9, 7. 4, 11, 6. *4, 14, 4. *desinunt videri 4, 14, 6. *4, 14, 10. 4, 15, 11. 5, 6, 29. *5, 6, 40. 5, 8, 3. *5, 8, 9. 5, 13, 6. quotiens cessare videbor — videbor dico 6, 12, 5. *6, 17, 4. *6, 20, 20. 6, 27, 3. 6, 31, 6. *6, 33, 5. 6, 33, 7. *6, 34, 2. *7, 6, 3. 7, 25, 4. *8, 3, 2. *8, 6, 2. *8, 6, 6. *8, 6, 14. *videri potest una sententia, quae non videretur una 8, 14, 19. 8, 14, 20. 9, 4, 1. 9, 5, 2. proferre indicium — referre gratiam videar. *sed licet videar 9, 8, 1. *9, 9, 2. *9, 13, 2. *9, 13, 25. 9, 21, 4. *9, 23, 6. *eamque visam uberiorem 9, 28, 5. is loci positio hoc videtur desiderare X, 50 (Traian.). *X, 58, 4. *et

parum emendata et quaedam non certae fidei videbantur X, 65, 3. X, 116, 2. * P 3, 19. * 9, 19. * 11, 30. * 25, 12. ut illa — tanta quanta sunt esse videantur 25, 17. 29, 27. * 31, 13. 50, 12. * 52, 7. * 58, 19. * 71, 10. * 74, 24. 76, 4. * 77, 23. 86, 13. * 88, 23.

2) inf. perf. act. vel depon.:

a) additur dativus personae: 3, 5, 18. 3, 7, 11. * 4, 11, 2. visus mihi es adnotasse 9, 26, 5. 2, 14, 12.

b) deest dativus personae: 1, 13, 6. 2, 9, 2. 2, 11, 21. 2, 14, 2. 2, 14, 12. 2, 14, 14. 3, 4, 1. 4, 17, 10. 5, 1, 6. 5, 7, 5. 5, 19, 3. 7, 18, 4. * 8, 18, 8. 8, 24, 9. 9, 16, 2. 9, 19, 8. X, 9 (Tr.). X, 30, 1 (Tr.). X, 47, 3. X, 48, 1 (Tr.). * P 7, 7. quod genitum esset usquam, id apud omnes natum esse videretur P 29, 22. 35, 16. 46, 15. 56, 25. 60, 20. 61, 2.

3) inf. fut. act. vel depon.:

a) additur dativus personae:

cf. Menge 436, b ann. 2: cum inf. fut. coniunctum vb. videri saepe significat: drohen, miene machen, versprechen.

* mihi domus ipsa nutare — ruitura videtur 7, 19, 8.

b) deest dativus personae: 1, 8, 9 (fore). * 4, 9, 18. * 4, 19, 3. * 8, 10, 3. 8, 14, 24 (fore). * 9, 26, 3. * X, 67, 2. 8, 2, 1 (fore).

4) inf. praes. pass.:

a) additur dativus personae: mihi iselasticum videtur incipere deberi X, 119, 1 (Traian.).

b) deest dativus personae: 3, 9, 19. 3, 19, 7 (posse emi). 8, 2, 7. X, 17, 5 (posse revocari). X, 37, 2 (debere perduci). X, 90, 1 (posse perduci). X, 96, 9 (sisti et corrigi posse). X, 119, 1 (incipere deberi). P 77, 19. P 2, 5 (dici potuisse).

5) inf. perf. pass.:

a) additur dativus personae: exemplum deest.

b) deest dat. personae: * ut incitati magis quam satiati viderentur 4, 9, 12. * 3, 18, 10. * 8, 21, 6. * P 34, 12. * 51, 6. * X, 61, 2. * X, 65, 3.

6) inf. gerund.:

a) additur dativus personae: * mihi — maxime imitabilis, maxime imitandus videbaris 7, 20, 4.

b) deest dat. pers.: * 1, 14, 1. * 1, 14, 9. * 3, 4, 6. * 4, 14, 8. quod videatur istinc esse repetendum 9, 39, 5. X, 39, 6.

7) absolute usurpatur:

desinunt videri, cum — esse coeperunt 4, 14, 6. ut videbatur 3, 16, 3. * ut mihi (v.) 6, 17, 2.

8) absolute et praegnanter:

a) ut: ut ipsis videtur 9, 36, 6. mihi X, 31, 2. (ut videbatur 3, 16, 3.)

b) ita: non nullis ita videri 1, 20, 9.

c) si: si tibi videbitur X, 41, 3.

d) gen. qual.: columnas cuius tibi videtur generis 9, 39, 3.

mihi visum est — quaerere 8, 6, 2. excedere oppido visum 6, 20, 7. hoc pluribus visum est 2, 12, 5. quod visum 8, 16, 2.

inf. perf. act. et inf. praes. act.: non ideo vicisse videaris ut triumphares, sed triumphare, quia vicisses P 17, 18.

inf. praes. et inf. fut. act.: * mihi domus nutare — ruitura videtur 7, 19, 8.

inf. praes. pass. et inf. praes. act.: ut possideri magis quam possidere videantur 9, 30, 4.

inf. praes. act. et inf. praes. pass.: tecta — abire aut referri videbantur 6, 16, 15.

inf. praes. vbi. depon. et inf. praes. pass.: deprecari magis — quam defendi videretur 5, 13, 4.

II. (mihi) videor (glaube). Menge 436 ann. 2.

1) inf. praes. act.:

a) exstat dativus personae: abesse mihi videor 2, 17, 24. visus est sibi iacere 5, 5, 5. tibi videberis cernere 5, 6, 13. * mihi videor candidatus 6, 6, 2. * ut sibi et paucis videntur 6, 17, 2. is visus est sibi cernere 7, 27, 12. * 8, 16, 3. * P 10, 14. * 21, 21. 49, 26. * 60, 18. 63, 31. * 78, 31. * 85, 24. * 86, 18.

b) deest dativus personae: videmur posse confidere ut 2, 5, 7. 3, 3, 5 (posse). 3, 15, 3 (posse). 6, 30, 3. 6, 33, 7. 7, 19, 9. 8, 12, 5. X, 8, 3 (posse). P 17, 6. 17, 8. 17, 9. digni esse videmur P 50. 22. 61, 24.

2) inf. perf. act. vel vbi depon.:

a) exstat dativus personae: * videor mihi diligenter persecutus 3, 9, 28. X, 26, 3. P 62, 9.

b) deest dat. personae: 1, 2, 7. 1, 8, 13. 2, 18, 3. 3, 16, 1. 4, 9, 9. 8, 16, 1. * X, 2, 2. X, 61, 1. P 67, 11.

3) inf. fut. act. vel vbi depon.:

a) exstat dativus personae: mihi gratus fore videbar X, 120, 2.

b) deest dat. pers.: * videor petiturus 3, 2, 1. * 8, 10, 3. 9, 39, 3.

4) inf. perf. pass.:

a) exstat dat. pers.: ut videar mihi — posse corrumpi 1, 7, 5.

b) deest dat. pers.: cui (balineum) iam videbar inferri 7, 1, 6.

5) absolute usurpatur:

v. Menge l. l. ut sibi videbatur — ut mihi 2, 6, 1.

6) a) inf. praes. vbi dep. et act.:

videor ergo fungi — interesse 8, 12, 5.

b) inf. praes. pass. et praes. act.:

qui sibi attolli et augescere videtur P 57, 4.

Pro verbo passivo usurpatur raro verbum activum intransitivum.

Dr. II p. 455. Kuehner II, 521.

Apud Plinium nullum invenitur nisi

appareo: Dr. II p. 455: inde a Ciceron. aetate.

copula „esse" omnibus locis deest. * bonus et sincerus apparuit 6, 22, 6. * melior apparuerit 8, 18, 1. * nomen appareat in bono principe

alienum P 88, 31. * **quae appareant quaesita** P 72, 30. * **multa — emendanda apparuerint** X, 32, 1. cf. 3, 6, 2: **rugae — ut spirantis apparent.**
Adde Dr.:
Liv. * 2, 28, 8. Suet. rhet. * 1, 22. Commodian?: Silvanus unde **apparuit deus esse.** Cael. ap. Cic. fam. * 8, 14, 2.
excido: cf. an exciderit dolori nostro modo, vindicatus Nero? P 55, 27.

Hic modus dicendi, quem nominativum cum infinitivo vocamus, ab urbanitate alienus videtur fuisse (cf. Schmalz p. 294 sq.) atque ex eo, quod continuata oratione semper accusativi cum inf. coni. constructione excipitur, colligimus, quantopere is scriptoribus onus quoddam grammaticum apparuerit.
cf. Dr. II p. 456. Strotkötter p. 21. 23.

Caput IV.

De casibus infinitivi.

Draeger II p. 819 sqq. Kuehner I p. 452 sqq. II p. 540 sqq. Menge no. 448—454. Schmalz §§ 163—170. Neue — Wagner III p. 331. Reisig — Haase — Schmalz — Landgraf III p. 774—794.

Infinitivi praesentis activi obliquorum casuum partes agere gerundium constat. De huius verbi formae denominatione quod Draeger l. l. p. 819 affert (similiter Rotter [Gerundium der lat. Spr. Prgr. Cottbus 1871] p. 4), non sine ulla dubitatione acceperim, cum praesertim Fr. Schoell („Alte Probleme" Archiv II p. 203 sq.) Cledonio (p. 1873 P 19, 31 K: quod nos aliquid gerere significat) assentiatur atque gerundium q. d. nihil aliud esse nisi genus vbi activum non iniuria contendere videatur. Sed difficillimam hanc quaestionem solvi non posse, priusquam etymologicae contigerit, ut aliquanto certiora proferat momenta apparet. Neque minus dissentiunt viri doctissimi de origine et genuina vi atque indole gerundivi q. d., cuius g. neutrum gerundium vocatur. Nam cum Draeger significationem a principio activam ei vindicet egregiisque hanc sententiam

fulciat argumentis, genuinam huius formae vim esse passivam non minus ad persuadendum accommodate demonstrat Weisweiler[30]) p. 49 sqq., cui assentitur Schmalz l. l. p. 298 sq. § 163. Atque mediam quandam viam sequitur J. Lebreton (das lat. Verbaladiectiv auf — ndus in „Mémoires de la société de linguistique de Paris XI, 3) p. 145 sqq, cum dicit antiquissimis temporibus utramque ei vim infuisse et activam et passivam, paulatim autem usum passivum praevaluisse, quam sententiam minus quidem feliciter defendit in libro egregio: Etudes sur la langue et la grammaire de Cicéron. Paris 1901 p. 379 sqq. Cf. Cauer gramm. milit. p. 28 de duplici adiectivorum verbalium vi et activa et passiva — et eiusdem Kunst des Übersetzens p. 52 sq.

Cf. Weisweiler[31]): — nd passives Correlat zu akt. — nt; legendus: legentur = legundus: leguntur (bundus: buntur). Lebreton: — ndus = ας, αδος, ut φυγάς. ἔθω: ἐθάς = lego: legendus.

Ita cum res se habeat controversiamque brevi compositum iri non sit verisimile, optimum videtur ad tempus quidem Weisweilerum sequi, cuius liber quem supra laudavi virorum doctorum maiori numero, scilicet non omni dubitatione sublata videtur probari (cf. Cauer gr. m. p. 86).

Retinendum est hoc:

1) gerundium q. d. cum inf. praes. act. casuum obliquorum vices sustineat, est substantivum verbale significationis activae, quod casum verbi sui requirit. (cf. Cauer gr. m. p. 82 et Ziemer, Junggramm. Streifzüge p. 94.)

2) gerundivum est adiectivum verbale, cui non a principio inest notio necessitatis, sed vis et partes part. praes. pass.; illam autem haec vbi forma induit, si aut attributive usurpatur (ex. gr. virtus admiranda) aut praedicative coniungitur vel cum copula „esse“ (ex. gr. scribendum est) vel cum verbo aliquo committendi velut „dare“ etc. (ex. gr. puerum educandum tradere).

Disputandum est igitur, quod gerundivum quoque non tam propter vim atque indolem quam propter speciem

atque formam nominativus infinitivi accipiendus est et nonnunquam omnium gerundii casuum vicibus fungitur, de casibus omnibus et gerundii et gerundivi secundum usitatum casuum ordinem.

1. Nominativus.

a. gerundii cum copula „est".

impetrandum est 1, 8, 11. 10, 2. *22, 9. 2, 4, 1. 2, 10, 8. 16, 4. 19, 9. 3, 9, 20. *4, 9, 20. *5, 13, 7. *6, 5, 2. *1, 14, 9. *8, 14, 6. *X, 91. *P 10, 32. 88, 15. *7, 17, 25. 18, 1. *8, 15, 2. 24, 9. 9, 26, 6. *37, 4. X, 20. 30, 2. 38. 39, 2. 42. *60. *69. 109. 121. P 22, 10. 25, 12. 43, 28. 67, 16. 72, 12. 84, 35. *93, 18.

verbo intransitivo additur dativus obiecti: vulneri medendum fuit 2, 7, 3. 2, 11, 19. 4, 11, 13. 5, 13, 5. 9, 10, 2. 9, 37, 3. *X, 77, 2. *78, 1. P 4, 24. *10, 32. 20, 2. *69, 14. ablativus: epistulis etiam Domitiani standum est X, 58, 10 (Nerva).

cum dativo personae: 1, 7, 3. 2, 9, 3. 11, 11. 19, 8. *3, 9, 24. 3, 16, 10. *4, 10, 2. *17, 10. 25, 1. 26, 2. 5, 20, 8. 6, 6, 4. 10, 6. 13, 1 (obiecti loco sent. rel.) 15, 4. *X, 3, 2. *22. *P 2, 3. *65, 5 (obiecti loco sent. rel.). *92, 3.

b. gerundivi.

α. subiectum est n. substant.:

iactura dicenda est tanti viri amissio 1, 12, 1. 14, 9. 19, 4. *2, 11, 19. 11, 20. *11, 20. 6, 7. *12, 2. *16, 1. *18, 5. 17, 2. 3, 3, 3. *3, 3. 3, 4. *4, 6. 20, 10. 4, 7, 3. *9, 16. 5, 3, 6. 6, 29, 1. 29, 8. 3, 6, 8. 14, 15. 14, 24. 9, 3, 15. 26, 7. 29, 2. 37, 4. 39, 4. X, 20. 37, 2. 48, 2. 49, 1. 58, 7. 58, 10. 61, 3. 81, 1. 81, 5. 91. 93. 109. 116, 2. 118, 1. 121. *43, 2. *110, 2. *113. *116, 2. *58, 4. *81, 5. *33, 3. *54, 2. *75, 2. P 5, 9. 9, 9. 16, 28. 38, 25. 46, 30. fit 50, 14. 62, 21. 69,/14. *10, 19. *16, 16.

subiectum facile e verborum contextu suppletur: 2, 4, 2. *12, 2. 3, 2, 4 (mihi). 19, 7. 4, 9, 23. *12, 4 (bis). *5, 13, 4. *8, 14, 14. *14, 19 (bis). *14, 20. *14, 24. *X, 27 (lacuna in textu, supplendus est numerus aliqui). 39, 2. 97, 2. 109. P 5, 7. 32, 13. 88, 15.

Dativus personae quae quid facit cum copula coniunctus: cogitanti hic quoque in condicionibus deligendis ponendus est calculus 1, 14, 9. 4, 17, 3. 9, 19, 2. 37, 1. 39, 1. X, 18, 3. X, 22. 69. P 1, 6. 56, 2 (bis). 75, 29. 93, 20 (bis). *2, 5, 4. *3, 9, 24 (ter).

additur dativus personae cui quid fit: *Mario iudices dandos 2, 11, 5. 3, 3, 4. 5, 19, 2. 20, 6. *4, 12, 4. 22, 3. *X, 43, 2. 66, 2. *67, 1. P 55, 9. 59, 31. *9, 13, 15.

β. subiectum est adiectivum vel pronominale q. d. gen. neutr.

omnia putas esse exsequenda 1, 20, 14. elata et excelsa 3, 13, 4. plura 5, 8, 13 (bis). aiunt enim multum legendum esse, non *multa

7, 9, 15. **reliqua** 8, 18, 7. ***omnia** 8, 14, 7 (bis). ***multa emendanda apparuerint** X, 32, 1.

dativus personae non exstat.

γ. subiectum est pronomen.

1) generis masculini.

qui — quaerendus fuisset 1, 14, 3. 2, 1, 7: ille (nobis — mihi) (bis). 3, 15, 2: ego (bis). 7, 17, 4: ille. 9, 19, 8: neuter. X, 56, 3: tu. *X, 96, 4: quos. P 46, 8 (qui).

subiectum facile suppletur: (indicatur persona vbi). *laudandus viderer (ego) 1, 14, 1. *7, 20, 4: mihi. imitandus videbaris (tu). P 5, 5 (tu). 48, 12 (nos). *P 41, 25 (tu). *2, 5, 13. *3, 6, 5. *4, 22, 1 (bis). *5, 3, 1. *6, 12, 1. *6, 17, 4. *8, 14, 12 (ter). *X, 63. *74, 2. *65, 2. *81, 5. *63. *82, 1. *114, 2. *58, 2 (ter). *56, 5. *P 61, 7.

Et subiectum et copula supplentur: *evocandos (eos) 2, 11, 5. *2, 12, 2. *8, 6, 4. *X, 21.

paulo aliter: laudandi probandique sunt (ii) 1, 13, 15. 7, 31, 7 (bis). quae — si facit iste — laudandus est — *laudandus tamen 9, 30, 3. 9, 13, 6. X, 96, 5.

2) generis feminini.

quam (brevitas) custodiendam esse confiteor 1, 20, 2. quae tamen (liberalitas) ita temperanda est . . sed *temperanda 2, 2, 4. 2, 6, 5 (bis).

dativus personae: quae (persona) sapienti viro ita aptanda est 1, 23, 5. copula omissa: *7, 17, 2. *9, 10, 1.

3) generis neutrius.

est aliquid edendum — *edendum autem 1, 2, 6. 1, 7, 6. 1, 20, 2 (ter). *14, 8. *14, 9. *quantum admiserit, tantum vindicandum 2, 11. 4. 2, 17, 2. *3, 10, 5 (ter). *13. 5. *4, 13, 10. *14, 8. *5, 12, 2. *6, 13, 3. *7, 9, 15 (bis). *17, 11 (bis). *20, 1 (bis). *levia haec — transeunda, illa memoranda 8, 6, 5. *9, 2. *8, 13, 1 (bis). 9, 39, 5. X, 32, 1. 39, 3. 39, 6 (bis). 40, 3. 57, 1. 58, 9. *43, 3. *an gravius aliquid et quid constituendum 56. 5. *59. *67, 2. *75, 2. *quid et quatenus aut permittendum aut prohibendum putares 92. *108, 2 (bis). *110, 2. *114, 3. *quod (sc. mos aliqui) an celebrandum et quatenus putes 116, 1. P 53, 6. 66, 7. *70, 3. *75, 14.

additur dativus personae quae quid facit: cui quod impetraverat defendendum et quasi rursus petendum fuit 6, 13, 1. P 65, 4. 74, 7.

additur dativus (commodi), cui quid fit: *quid renuntiandum Regulo putes 1. 5, 10. 1, 20, 13. 2. 5, 5.

subiectum suppletur: nec fortasse laudanda sunt (illa) P 42, 23.

loco subiecti sententia relativa: quod pluribus placuisset, *cunctis tuendum 6. 13, 3. 6, 13, 1. *8, 11, 1. *X, 118, 2. *7, 17, 15.

Et subiectum et copula suppl.: v. sent. relat.

Gerundivum attributive usurpatum.

Hic gerundivi usus ex praedicativo derivandus apud Plinium non raro nobis occurrit. Apud Plautum quidem inveniuntur: expetundus, intolerandus, memorandus, mirandus, pudendus. Cum autem prosae scriptores aureae q. d. latinitatis paucas eiusmodi formas adiecerint, poetae et argenteae q. d. latinitatis scriptores plures, velut non aspernendus, non erubescendus, non spernendus, haud temnendus, (cf. Caes. b. c. 3, 110: neque numero neque genere hominum — contemnendae viderentur (copiae). Cic. Tuscul. 2, 21, 49: consuetudinem esse non contemnendam magistram), non poenitendus. cf. Jörling Prgr. Gnesen 1879.

Exempla sunt haec:

Nilus — fluminibus conferendus P 30, 4. nec iam irridendam moram P 63, 16. ius iurandum X, 52. P 64, 20. pro iure iurando P 65, 13. de iure iurando P 66, 17. in iure iurando P 77, 9.

Haec structura, quae iam apud Catonem et comicos legitur, quasi unius vocis speciem et vim habet.

A Georgesio affertur: praestare more sollemni iusiur. Plin. ep.; quem locum non repperi; contra praeire iusiurandum: X, 52. P 64, 20.

Libros non legendos sed lectitandos capit (armarium) 2, 17, 8.

O rem memoriae litterisque mandandam P 36, 20.

memoranda facies P 35, 37. iam apud Plautum legitur (Epid. 3, 3, 52); apud Vergilium — Statium; Livium — Florum.

repetundarum sc. rerum poena 2, 11, 20. repetundarum legem 2, 11, 3. 4, 9, 16. 6, 5, 2 (bis). 6, 29, 9.

nec ignoro suscipiendas offensas 2, 18, 5. (si copula „esse" omissa intellegitur: v. ignoro p. 64.)

assurgit arte visenda 6, 31, 16. 5, 6, 18 (pratum — visendum). Apud Cic., Liv., Plin. al.

Coniungitur cum gerundivo adiectivum.

omnibus locis antecedit adiectivum.

nonnulla leviora statimque delenda 9, 19, 3. (etiam pro substantivo positum accipi potest.)

nubes atra et horrenda 6, 20, 9. truces horrendasque imagines P 52, 8. Vell. 2, 100, 2: foeda et horrenda tempestas.

(mihi) maxime imitabilis, maxime imitandus videbaris 7, 20, 4. praedicativam hic formam habemus; sed commodissime hoc quoque exemplum affertur. animadvertas asyndeton q. d. et gradationem. quid intersit inter adiectivum et gerundivum docet Woelfflin, Jahresber. 1879[2] p. 219 sq.

cf. amabilis — venerandus 7, 19, 7.

Magnum aliquid memorandumque 9, 19, 3. magnus memorandusque (est) P 61, 9.

Foedum miserandumque dictu 8, 18, 9. Foedum miserandumque spectaculum Iustin. 8, 4, 7.

Magnum propiusque noscendum 6, 16, 7.

(est) Vir optimus et inter — numerandus 8, 12, 1.

Pulchrum istud et raritate ipsa probandum (est) 7, 31, 6.

Brevis et pudenda praedicatio P 54, 18. cf. Suet. Tib. 65, 27: pudenda miserandaque oratione. Arnob. 198, 23: in pudendis — verendisque Baubonis. Arnobius genus dicendi quod apud scriptores argenteae aetatis invenimus imitatur (Pr. Spindler l. l. p. 73).

Lascivum lusum et illo spectandum ingenio 7, 4, 6. Plin. poeta.

Quae (bona) nunquam ut aliena et speranda, sed ut sua semperque possessa ac deinceps proximo cuique transferenda cepissent P 37, 22.

Non minus amabilis quam veneranda 7, 19, 7.

Dativus personae additur, quae quid facit: o diem laetum notandumque mihi candidissimo calculo 6, 11, 3.

magnum et inevitabile ac cuique experiendum malum P 42, 46.

paulo aliter: carus omnibus ac desiderandus P 10, 24.

dat. commodi: v. P 37, 22.

negative: (esse) opus pulchrum nec supprimendum 3, 15, 3.

dativus personae, quae quid facit: adulescentem singularem nec iis tantum amandum 7, 24, 2.

Gerundivum solum adiectivi vicibus, cum adiectivo coniunctum enuntiati relativi vicibus fungi apparet. cf. Arduum exemplum et quod imitari non quisquam — possit P 69, 18.

Partic. fut. act. similiter usurpatur: ingentes arcus excessurosque P 54, 27. plurima opera et mansura 7, 16, 2. bonae mansuraque famae 9, 3, 1. sedes responsuras P 73, 17.

Adiectivum cum participio (praesertim part. praes.) libenter ab Arnobio coniungitur. (Spindler l. l. p. 52.)

Praeterea inveni gerundiva vbi intr. attributive usurpata (Dr. II p. 856): Vitruv. 116, 17: fruendus; eadem forma Plin. ep. 8, 5, 2; 33, 15 (cibo agresti vescendo — potest esse gerundium). Iustinus 1, 19, 6 et Cic. rep. 1, 17, 27: fungendus.

Gerundivum substantive usurpatum.

Damnanda committere 3, 9, 5.
transire dicenda 1, 20, 2.
quaedam emendanda annotavi 5, 12, 2.
Emendanda corrigere — transferenda transferre X, 39, 6.

facere laudanda 3, 21, 3.
silenda feceris, laudanda non sileas 1, 8, 15.
facere scribenda aut scribere legenda 6, 16, 3.
multa ibi miranda, multas formidines patimur 6, 20, 8.
scribenda v. legenda 6, 16, 3.
silenda v. laudanda 1, 8, 15.
transferenda v. emendanda X, 39, 6.
velanda corporis 6, 24, 3.
verenda (i. e. genitale) contundere 3, 14, 2.

additur dativus personae: quaedam custodienda praegnantibus omittit, facit omittenda 8, 10, 1.

adiectivum et gerundivum legimus: Nonnulla leviora statimque delenda 9, 10, 2.

dices tristia et miseranda 4, 11, 4.

additur dativ. personae: magnum propiusque noscendum ut eruditissimo viro visum 6, 16, 7. (melius dativus ex „visum" suspenditur). his tribus locis adiectivum et gerundivum copulative iunguntur; disiunctive ponuntur: quae sunt inhonesta non quasi illicita sed quasi pudenda vitare 5, 13, 9. reprehendenda annotes an insignia 9, 26, 5.

huc adde nonnulla participia futuri activi substantive usurpata:
eventura somniare 1, 18, 2.
nihil nisi profuturum audiet 3, 3, 6.
quasi semper victurus 6, 16, 2.
cf. incidentia (neutr. pl.) 6, 16, 16.

Participia vel gerundiva hoc modo locum integrorum enuntiatorum obtinentia breviloquentiae et sermoni circumciso inservire apparet.

De participiorum usu Suetoniano cum Plinio congruente (de particula „quasi") v. Freund l. l. p. 11 sq.

Praedicative denique usurpatur gerundivum cum necessitatis notione,

si a verbis transitivis ita pendet, ut finis quem spectat actio indicetur. (Quorum verborum formae activae cum gerundivi casum accusativum requirant, eius tamen casus exempla, quippe qui praeterea nisi ex praepositionibus aptus non inveniatur, hoc iam loco afferri non ineptum videtur). Dr. II p. 823 sqq.

1) Verba activa.

annoto: quaedam emendanda annotavi 5, 12, 2. quos annotavi in urbem remittendos X, 96, 4.
Suet. Cal. 27, 38: laniandos annotavit.
cf. p. 112 inf.

capio: quae (bona) nunquam ut aliena et speranda, sed ut sua semperque possessa ac deinceps proximo cuique transmittenda cepissent P 37, 27.

particula „ut“ iuxta „speranda“ et „transmittenda“ subaudiatur necesse non est. alterum exemplum non inveni.

cf. Aventinum ad inaugurandum templa capiunt Liv. 1, 6, 4.

me cepere arbitrum Ter. heaut. 3, 1, 94.

„cepere“ i. e. elegerunt: Serv. ad Verg. georg. 2, 230.

curo: Dr. II p. 823: inde a Cic. vel Caes. aet. Qui (Vestalem) defodiendam necandamque curarent 4, 11, 7. hunc — tollendum abolendumque curavit 4, 22, 1. libellos — recognoscendos emendandosque curem 4, 26, 1. 8, 15, 5. . continendos cavea nidove curabis (passerculos) 9, 25, 3.

ut: 6, 8, 5. X, 99.

ne: X, 22 (Traian.). X, 98, 2. X, 99.

transit.: 6, 12, 4 (bis). 7, 15, 2.

an: 6, 31, 11.

absol.: 6, 3, 1. X, 90, 2.

delego: Dr. II p. 823: inde a Suetonio. iam e Plinio exemplum afferri potest: imagines — exscribendas pingendasque delegem 4, 28, 1.

Suet. Cal. 57, 8. cf. Suet. Tib. 16, 5: delegatus pacandae Germaniae status.

do: Dr. II p. 823: Iam apud Ennium et Plautum.

Quamvis enim legeris multis legendosque dederis (libros) 9, 1, 2.

Loco obiecti AcI: an restrictius arbitraris per orbem terrarum legendum dare duraturam memoriam suam 9, 19, 6.

explico: omnia arcana noscenda famae proposuit (atque explicat) P 83, 3.

cf. quod proposuerat explicans expedite Cic. Brut. 67, 237.

fero: Una diligimus, una dileximus omnes fere quos aetas nostra — aemulandos tulit 5. 14, 4.

huius loci priora sex verba versus hexam. dactyl. formam exhibent. cf. Lagergren l. l. p. 55.

habeo: Dr. II p. 824: argent. q. d. latinit. cf. Lagergren l. l. p. 166. Ph. Thielmann, Archiv II (1885) p. 66—69.

1. quae (careotae) nunc cum ficis et boletis certandum habent 1, 7, 6. cum enitendum haberemus, ut 1, 8, 12.

2. honoribus — consulendum habuerimus X, 78, 1 (Traian.).

3. impetrandumque — per nos habet, quod illi fortunae malignitas denegavit X, 94, 2.

4. quae facienda mox ipsi ac — tradenda — minoribus haberemus 8, 14, 4.

5. nihilque discendum haberes P 15, 27. nec habent adnumeranda tibi pro republica vulnera P 15, 13.

6. eum — imitandum habes 8, 13, 2[33]).

Primum haec locutio invenitur apud Senecam contr. 9, 5 (28), 1: habeo dicendum; saepius exstat apud Tacitum et Plinium nostrum, postea rarius usurpatum in linguis q. d. romanis vestigium non reliquit, cum structura „habeo dicere", cui eadem necessitatis notio inest quaeque eodem fere tempore atque illa exstitit, etiam nunc appareat in tempore futuro linguarum romanarum.

De habeo c. inf. constructo v.: Ph. Thielmann, habere m. Inf. und die Entstehung des roman. Fut. Archiv II p. 48—89. 157—202.

Dr. II p. 305. Schmalz p. 283 (non solum, ut Schm. putat, in Ciceronis epistulis haec structura invenitur, sed etiam extra epistulas octies. v. Lebreton, Caesariana Syntaxis etc. p. 50 sq.)

G. Mueller l. l. p. 16.

Huc liceat annectere structuram „habeo c. inf. perf. pass." cf. Thielmann. Archiv II p. 509—549.

Apud Plinium legimus: Archippum — commendatum habeas velim X, 58, 6 (Domitianus). in litteris commendaticiis usitatum.

Tam multa provisa habere X, 62.

Quem suspectum habes X, 91 (Traian.).

audita, perlecta, lustrata habere 8, 20, 2.

cf. Thielmann p. 525.

Liv. 40, 8, 15: quae aut visa aut audita habebam.

Maecian. praef. (ap. Hultsch, scriptt. metrol. rom. p. 61): assis distributionem — ignotam haberes.

Arnob. 100, 23: partes salutis dandae — iniunctas habet et traditas.

Arnob. 263, 1: nec habebit expositam — sui causam.

cf. Plaut. mil. 891: quom venit vobis faciundum utrumque (verb. intrans.!). Oros. 4, 8, 5: hoc facinus puniendum consuli iussum est.

Colum. 5, 5, 3: praecipiendum habemus, ut intellegant agricolae.

mitto: Dr. II p. 824: posterioribus demum temporibus.

extorquebo ei librum legendumque, immo ediscendum mittam tibi 6, 21, 7.

Adde Wentzelio l. l. p. 62 sub v.: Iustin. 43, 2, 5.

permitto: Dr. II p. 823: a Livio primo usurpatur.

Illi te expoliendum limandumque permittas 1, 10, 11.

Nonnulla exempla affert Georges. lex.

praebeo: conspiciendum se monstrandumque praebere 2, 12, 3. se captandum 8, 18, 2. dentes lavandos fricandosque 8, 18, 9. visenda P 34, 13. frontem convulnerandam P 35, 7. adigendum te P 64, 12.

Georg.: se continendum. Curt.

propono: Kuehner II p. 545, 4: inde a Cicer. Omnia arcana noscenda famae proponit P 83, 3. v. supra „explico".

ediscendos fastos populo Cic. Mur. 11, 25.

praecipio: quod (amicitiae officium) — custodiendum studia ipsa praecipiunt 8, 9, 2.

„esse" forma haud scio an melius subaudiatur.

suscipio: Dr. II p. 823: inde a Livio.
agellum — colendum suscepisti 6, 3, 1.
Vell. 2, 124, 2. Iustin. 7, 4, 7.

trado: Dr. II p. 823: inde a Cic. vel Caes. aet. Aliis trado annotanda (quae scripsi) 7, 17, 7. Nepos 18, 13, 4. Iustin. 1, 5, 6. 2, 10, 14. 2, 13, 8. 5, 8, 6. 12, 5, 11. 25, 5, 2.

cf. visere visendumque tradere minoribus suis gestient, quis sudores tuos hauserit campus P 15, 5. (inf. vis finalis hoc loco manifesta fit.)

2) cum passivis eiusmodi verborum formis coniungitur gerundivi nominativus:

unum apud Plinium exstat exemplum:

prodo: delectus est locus, in quo legenda praesentibus, legenda futuris proderentur (sc. dedecora) 8, 6, 14.
alterum exemplum non inveni.

Nonnunquam ut finis, ad quem spectat actio, magis appareat vel ut significatio activa dilucidior fiat, pro gerundivo usurpatur „ad" praepositio cum gerundio: Dr. p. 824. Kuehner II p. 546. ann. 3. Menge no. 451 ann. 1.

Unum exemplum Plinius praebet:

stultissimum credo ad imitandum non optima quaeque proponere 1, 5, 13. notum est Ciceronis: aliquem sibi ad imitandum proponere. Liv. 1, 6, 4: ad inaugurandum templa.

Reliquis gerundii et gerundivi exemplis merae vbi actionis vis inest.

2. Genetivus gerundii et gerundivi substantivis vel adiectivis additur, ubi in nostra lingua infinitivus supplementi attributivi locum tenet vel substantivum compositum usurpatur. Dr. II p. 824 sqq.

a. Gerundii.

α. e nomine substantivo pendet.

1) gerundium obiecto caret.

animus: Dr. II p. 828: primum apud Velleium.
non tam praestandi animo quam negandi P 39, 15.

brevitas: Dr. 828: apud Nepotem, Ausonium.
v. sublimitas.

causa: Dr. II p. 825: iam apud comicos.
vivendi causas habentem 1, 12, 3. 5, 5, 4. 2, 13, 11. 4, 13, 3. 5, 1, 5. 5, 3, 8. 6, 31, 12. 7, 17, 5 (bis). 7, 27, 16. 8, 21, 8. 8, 21, 6. P 28, 26.
cf. 9, 7, 4.
consilium: Dr. II p. 825: ap. Ciceronem, Caes., Liv.
abeundi c. 6, 20, 20.
constantia: Dr. II p. 827: primum b. Alex. 26.
c. pronuntiandi 5, 1, 4.
contentio: Dr. 825: ap. Cic.
c. dicendi 1, 2, 3.
copia: Dr. 825: iam apud comicos.
c., spatiumque dicendi 1, 20, 18. emendi c. P 50, 23.
gerund. suppl.: facit copiam (veniendi) 6, 16, 7.
cupiditas: Dr. 825: ap. Cic.
c. audiendi 6, 5, 5.
cupido: Dr. 827: ap. Sallust.
habendi c. 9, 30, 4.
dedignatio: Dr. ignorat.
d. parendi P 18, 21. hoc loco primum videtur legi.
dignitas: apud Quintil. (12, 11, 28: subsequendi).
tempus loquendi, tacendi modestia, sedendi d. 3, 20, 3.
diversitas: d. censendi 6, 27, 3. (d. ingeniorum 7, 30, 5. Georges: Quintil.)
dolor: carendi d. 8, 5, 3.
dulcedo: Dr. 827 sq.: ap. Liv.
d. quaedam tecum loquendi 2, 5, 13. Georg.: Curt., Plin. Maior.
facilitas: f. manumittendi 8, 16, 1. Quintil. 12, 6, 1 (audiendi). Plin. 21, 24, 95 (pariendi).
facultas: Dr. 825: iam ap. comicos. dicendi 3, 3, 6. discendi — docendi 7, 27, 1. eligendi 7, 31, 4. agendi X, 57, 2.
fiducia: Dr. 827: ap. Caes.
scribendi f. 9, 1, 3.
finis: iam ap. Terent. v. lexx. scribendi finis — legendi 5, 5, 6.
forma: Dr. 825: ap. Cic.
f. negandi 5, 20, 6.
genus: Dr. 826: ap. Cic.
hoc studendi genus 1, 6, 2. emendandi 7, 17, 7. dicendi modus, silendi tempus — praecipiendi g. 8, 14, 6. venandi 9, 16, 1. rogandi P 70, 6.
Cic. off. 1, 1, 3. Quintil. 8, 3, 56. 9, 3, 3. 10, 4, 2. 12, 10, 69.
honor: quem honorem dicendi magistris — habes! P 47, 17.
incitamentum: Dr. p. 828: ap. Plin. min. — educandi i. P 27, 7. (cogitationis 1, 6, 3). ad honeste moriendum Curt. 9, 5, 6.
initium: Dr. p. 826: Cic., p. 827: Sall. — i. est desinendi 2, 14, 14. dicendi P 1, 4. Cic. leg. 2, 1, 1. Phil. 14, 14, 36.

ius: Dr. 826: Cic.

i. conducendi 4, 13, 7. recusandi 2, 6, 2. dicendi 9, 13, 7. quaerendi 9, 13, 15. agendi X, 56, 4. cf. referendi X, 31, 3.

labor c. inf. v. sudor P 81, 18. v. occasio p. 121.

lassitudo: l. sedendi 6, 17, 2.

Plin. 23, 1, 26: l. armorum equitandive.

lex: Dr. 829: inde a Iustino.

iam apud Statium silv. 3, 3, 49. Leges amandi P 87, 24.

libido: Dr. 825: ap. comicos.

procedendi l. 8, 6, 3. Georg. unum locum affert Tacit. ulciscendi Cic. Tusc. 3, 5, 11. eundi Sall. Iug. 84, 3.

locus: Dr. 825: iam ap. comicos. p. 827: ap. Sallust.

adeundi l. 4, 16, 1. Plaut. capt. 212. Terent. heaut. 2, 1, 6. Cic. fam. 3, 6, 6 (existimandi — non nihil loci dedisse).

lux: v. sublimitas.

materia: ap. Vell.

bene faciendi m. P 38, 16. numerosam obligandi imputandique materiam P 39, 21.

m. ad iocandum Cic. de or. 2, 59, 239.

metus: Dr. 827: ap. Sallust.

carendi m. 5, 19, 5. Georges: 1 Liv., 1 Tacit.

nudus inf. exstat ap. Livium. AcI: Suet. Iul. 19, 6. metus (ac pudor) ne: Suet. Aug. 94, 16.

modestia: tacendi m. cf. supra „dignitas".

modus: Dr. 826: ap. Cic.

dicendi [m. 8, 14, 6. v. supra „genus". dolendi m., non timendi 8, 17, 6.

Cic. fam. 5, 16, 6.

mos: Dr. p. 826: ap. Cic.

audiendi m. 2, 14, 9. consulendi 9, 13, 21. discedendi X, 96, 7. habuisse privilegium et vetustissimum morem arbitrio suo remp. administrare X, 47, 1.

cf. Lagergren l. l. p. 165. Ussingio l. l. p. 23 locus videtur corruptus. Sed hoc remedio non est opus; nam cum epistolae ad Traianum datae sint epistolae verae, ‚mirum esse non potest, quod neglegentius nonnunquam scripta in iis invenimus; non epistolae, ex quibus „pressus sermo purusque petatur" (ep. 7, 9, 8.). cf. „sudor" p. 120.

cf. Livius 2, 53, 5: mos — non placebat — socios — bella gerere.

necessitas: Dr.: (necessitudo p. 829: ap. Tacit.).

n. ambiendi 1, 14, 7. n. computandi ac paene calculos tabulamque poscendi 6, 33, 9. agendi 9, 40, 2. indicandi X, 58, 2. gaudendi P 23, 13. censendi P 54, 24. accusandi 70, 24. assentiendi 76, 14.

quaerendi de eo n. 6, 22, 3. n. perpendendi qualia essent X, 48, 1. n. collationis 4, 13, 7. n. metri 7, 9, 14. unum praeterea locum inveni: Vitruv. 133, 1.

occasio: Dr. p. 825: iam apud comicos.
legendi semper o. audiendi non semper 2, 3, 9. scribendi 3, 17, 1. Terent. Phorm. 5, 6, 45. cuius materiae-occasio 3, 20, 10.
cum gerundivo: Cic. Mil. 15, 40. ad cum gerundivo: Cic. imp. Pomp. 2, 4.
cum infin.: Plaut. capt. 2, 3, 63.
officium: in audiendi officio 1, 13, 6. censendi P 54, 30.
potestas: Dr. 825: iam ap. comicos.
p. eligendi 2, 6, 2. inquirendi — denuntiandi p. 6, 5, 2.
Vitruv. 108, 25. 145, 10. Cic. R. A. 27, 73. ius potestatemque imperandi Cic. Phil. 11, 12, 30. conveniendi sui p. Cic. Phil. 8, 10, 31.
p. datast augendae dignitatis Cic. fam. X, 13, 1. pro Balbo 16, 37: beneficiorum — tribuendorum p.
pretium: Dr. 829: ap. Tacit.
pretia vivendi 1, 12, 4.
privilegium: p. administrare — v. supra „mos" X, 47, 1.
pudor: Dr. 825: apud comicos. p. 827: Hirt. b. g. 8, 28.
Tantus audiendi quae fecerint pudor, quibus nullus faciendi quae audire erubescunt 9, 27, 2.
timendi p. 9, 33, 6. gerundivi: Liv. 8, 7, 8. ne: v. metus. Suet. Otho 9, 16.
pulchritudo: p. iungendi 3, 19, 1.
ratio: Dr. 826: ap. Cic.
r. edendi 1, 8, 13. mihi et temptandi aliquid et quiescendi — ratio constabit 1, 5, 16. recitandi: duplex r. r., una ut — intendar, altera ut admonear 5, 12, 1. 7, 17, 1. 7, 17, 6. medendi (vitiis) una ratio 9, 37, 3. educandi (liberos) una ratio P 26, 25.
religio: Dr. 828: ap. Liv. (ex. gr. 28, 15 sub fin.). ius conducendi, religio recte iudicandi (praeceptores) 4, 13, 7. iuris iurandi: Cic. Font. 9, 20. Caes. b. c. 1, 76 fin. 3, 28 med.
religio est cum inf.: Suet. Aug. 6, 10. Fab. Pict. ap. Gell. X, 15, 3. 4. Liv. 2, 62, 2. 2, 40, 8.
spatium: Dr. p. 825: iam ap. comicos. copiam dicendi spatiumque 2, 20, 18. cf. Liv. 6, 3, 6.
species: plures dicendi species 2, 5, 6.
spes: Dr. p. 825: iam ap. comicos. — ad spem fruendi 6, 1, 1. gen. gerundivi: Ter. Phorm. 5, 4, 7. Cic. Lael. 16, 59. Verr. 2, 1, 7 fin.
AcI: Suet. Tib. 24, 28.
splendor: sp. narrandi v. sublimitas 1, 16, 4.
stimulus: Dr. 826: apud Cic.
st. monendi 5, 17, 4. gerundiv.: Cic. 1, 9, 19. ad: Quintil. 10, 7, 16. st. aemulationis (gen. subi.) 3, 5, 20.
studium: Dr. p. 826: ap. Cic.
a scribendi recitandique studio 1, 13, 5. visendi 6, 33, 4. orandi 7, 9, 7. piscandi, navigandi — natandi 9, 33, 3.
aemulationis 8, 6, 15.

suavitas: s. narrandi. v. „sublimitas".

sublimitas: brevitate vel luce vel suavitate vel splendore etiam et sublimitate narrandi 1, 16, 4.

sudor: = labor.

huic par capiendi quaerendique sudor summusque et idem potissimus labor invenire P 81, 18. v. „mos" p. 118. v. occasio p. 121.

Quintil. 6, 4, 6: declamandi.

suggestus: nec magis proprius spectandi Caesari suggestus quam propria quae spectet P 51, 11.

tarditas: t. solvendi P 40, 19.

ad c. gerundio: Cic. Phil. 11, 10, 25.

tempus: Dr. 825: iam ap. comicos.

audiendi 1, 13, 2. loquendi 3, 20, 3 v. supra „dignitas". contra dicendi 6, 5, 3. vendendi — comparandi 6, 19, 6. studendi 7, 19, 16. solvendi tempora 7, 19, 10. silendi 8, 14, 6 v. supra „genus". censendi 9, 13, 13. fingendi P 3, 6. docendi P 15, 27.

Vitruv. 125, 4.

varietas: eloquendi v. 6, 33, 8.

venia: advocandi 5, 8, 11.

Cic. part. or. 37, 131.

verecundia: Dr. 826: ap. Cic.

exigendi v. 1, 8, 1. Cic. orat. 71, 238. Liv. 3, 40, 5 (Claudiam interpellandi). Quintil. prooem. 3. 3, 5, 15.

ne: Suet. Nero 18, 18.

vis: Dr. p. 826: ap. Cic.

v. explicandi 7, 9, 2. bene faciendi P 61, 21. cogendi 73, 8.

voluptas: Dr. 829: ap. Suet.

dolendi v. 8, 16, 5.

2) e gerundio obiectum pendet.

De gerundio cum obiecto posito cf. Woelfflin, Jahresber. 1879 p. 221 (ad Francisc. Helm, quaestt. synt. de participiorum usu Tacitino, Velleiano, Sallustiano. Lips. 1879.) Dr. II p. 829.

* **causa** (* = iam sub a) laudat.) enunt. relat. pro obiecto: hae mihi causae utrique quae desunt adstruendi 9, 7, 4.

consuetudo: Dr. p. 825: ap. Cic.

c. binas — clepsydras et dandi et petendi 6, 2, 5. ut: X, 20 (Traian.).

* **facultas**: Dr. p. 825: iam ap. comicos.

f. nova magna vera censendi 6, 27, 5. similia inveniendi 7, 9, 2. testandi benevolentiam 8, 6, 5. amicos — obligandi P 85, 13.

* **ius**: Dr. 826: apud Cic.

i. tribunatum petendi 2, 9, 2.

* **materia**: m. plura scribendi 9, 2, 2. m. insectandi nocentes, bonos vindicandi, se proferendi 9, 13, 2.

Dr. (p. 830 sq.) a Livio pronomen personale pro obiecto ex gerundii genetivo suspendi negat; sed v. Liv. 6, 3, 6: neque se conglobandi — aut arma capiundi datur spatium. Liv. 35, 49, 13 v. p. 124.

cf. 3, 3, 3: ubi erroribus modica vel etiam nulla m. beneficiorum 2, 13, 2. liberalitatis 8, 6, 7 (bis).

m. adipiscendi triumphalia Vell. 2, 116, 3.

* **mos**: Dr. 826: ap. Cic.

subeundi (sc. munus) P 9, 24.

* **necessitas**: n. — paene calculos tabulamque poscendi 6, 33, 9. cf. 1) sub hac voce. pro obiecto enunt. rel. X, 48, 1.

* **occasio**: Dr. 825: iam ap. comicos.

occasiones obligandi me 2, 13, 1.

cf. Terent. Phorm. 885: summa eludendi occasiost mihi nunc senes et Phaedriae curam adimere argentariam. v. labor p. 118 (sudor).

propositum: habeo p. illum reprehendendi, sed hunc tuendi 9, 19, 7. memor propositi X, 43, 2. Cicero: est mihi p. cum inf.

* **pudor**: v. p. 119.

* **ratio**: Dr. 826: ap. Cic.

temptandi aliquid et quiescendi ratio constabit 1, 5, 16. faciendi aliquid vel non faciendi vera ratio 6, 27, 4.

quod diutius faciendi nulla mihi probabilis ratio occurrit X, 67, 2.

obi. suppl.: educandi (liberos) una ratio P 26, 28. medendi (vitiis) 9, 37, 3.

Korb l. l. p. 19: una erat ratio aperire saltum, Curt.

* **studium**: Dr. 826: ap. Cic.

st. magna noscendi 2, 11, 10.

* **tempus**: Dr. 825: ap. comicos.

ne t. emendandi eum id est disperdendi haberes. Habebis tamen, an emendandi nescio, utique disperdendi 7, 12, 1. 2.

t. est (mandandi curas) 1, 3, 3.

votum: v. imperata faciendi P 12, 14.

Suet. Aug. 51, 3: neque [v. sibi neque animum deesse confodiendi eum.

casus d a t i v u s pendet: 9, 37, 3 (v. * ratio).

obiecti vices sustinet e n u n t i a t u m r e l a t i v u m:

* **causa**: causae — adstruendi (quae desunt) 9, 7, 4.

intentio: i. quidquid velis obtinendi 4, 7, 3. haec intentio ut P 78, 4. v. p. 11.

* **necessitas**: X, 48, 1. v. p. 118.

* **pudor**: 9, 27, 2. v. p 119.

* **religio**: 4, 13, 7. v. p. 119.

C o n c r e t a s u b s t a n t i v a e quibus gerundii genetivus pendet, apud Plinium exstant duo: (sudor v. p. 120).

magister: Dr. 826: apud Cic.
dicendi m. 6, 29, 4. alterum exemplum:
suggestus: spectandi s. P 51, 11. v. p. 120. apud Plinium solum videtur exstare.

β. e nomine adiectivo pendet.

imperitus: Dr. 832: ap. Cic.
Orator est vir malus dicendi imperitus 4, 7, 5. (Cato de mor. 6: v. bonus dicendi peritus).
tenax: Dr. 833: ap. Plin. min.
memoria bene faciendi tenacissima X, 12, 1.
cf. disciplinae t. X, 8, 5. memoria t. 6, 11, 2. secreti capacissimus 1, 12, 7.

obiectum e gerundio pendet:

silentium — **cupidum** ulteriora audiendi 2, 10, 7.

b. Gerundivi.

α. e nomine substantivo pendet.

Quae sit vis atque notio et gerundii et gerundivi eo demonstratur, quod duabus his formis de principatu certantibus aurea q. d. linguae latinae aetate superius existit gerundivum, ante illa tempora et post reportat victoriam gerundium. Cf. W. J. Snellmann (de gerundiis orationum Ciceronis. Diss. Helsingf. 1874. XVI. 233 p. 8°), qui docet in Ciceronis orationibus gerundium paulatim tantum gerundivo cedere: in summa exstare 1020 gerundia, 2048 gerundiva. Cum Cicero tum Caesar constructionem gerundivi omnibus locis adhibent, ubi non sonus ratione adducti utuntur gerundio. Unde apparet illam structuram vere latinam esse neque abhorrere a linguae legibus, quibus rei concretae q. d. capitis vices tribuere iubemur, ex. gr. ad rem publicam capessendam; ubi autem mera actio apparet atque exstat, invenimus gerundium: ad capessendum remp. In Curtii Rufi libris V.—X. iam exstat duobus et viginti locis gerundii genetivus cum obiecto, novem locis genetivus gerundivi. A Vitruvio, a Varrone, quos scribendi elegantiae minus studuisse constat, constructio impersonalis q. d. praefertur. Apud Plinium nostrum res se habet sic:

11 substantiva, 1 adiectivum habent 18 gerundia cum 23 obiectis; 6 substantiva, 9 adiectiva plur. numer. (8 gen. neutr., 1 gen. masc.), 8 pronomina (5 gen. masc.

num. .singul. + 3 gen. neutr. num. singul.). 14 substantiva, 1 adiectivum habent 22 gerundiva (omnia substantiva), in quibus exstant formae: — arum — arum: ter, — orum — orum: ter.

* **causa**: Dr. 825: ap. Caton.

c. referendae (gratiae) 8, 12, 2. causas petendi commeatus X, 9, 1 (Traianus). c. extendendi consulatus P 61, 12.

cura: Dr. 825: apud Cic.

c. minuendi aeris alieni 9, 37, 2.

exercitatio: Dr. 825: ap. Cic.

e. centemnendae pecuniae 1, 8, 8. Cic. Coel. 22, 54. Brut. 97, 331. off. 1, 1, 1. Quintil. 2, 12, 11. 2, 17, 12. e. adversum: Gell. 15, 2, 6.

* **genus**: Dr. p. 826: ap. Cic.

gratiarum agendarum P 2, 9. Cic. off. 1, 32, 117: g. aetatis degendae.

* **initium**: Dr. 826. 827: ap. Cic. et Sall. ut rerum agendarum ita dicendi i. P 1, 4.

* **intentio**: i. rei familiaris obeundae 1, 3, 2. alterum exemplum non inveni.

* **lex**: Dr. 829: ap. Iustin. v. p. 118.

repetundarum (rerum) 2, 11, 3. 2, 19, 8.

* **necessitas**: agrorum locandorum 7, 30, 3. locandorum praediorum 9, 37, 1. pontificum adeundorum X, 69 (Traian.). Iustin. 5, 2, 14.

* **occasio**: Dr. 825: ap. comicos.

praediorum comparandorum X, 54, 1. Cic. Mil. 15, 40. ad: Cic. imp. Pomp. 2, 4.

poena: repetundarum (rerum) 2, 11, 20.

* **potestas**: Dr. 825: ap. comicos.

servandorum hominum P 6, 17. Cic. Balb. 16, 37. Phil. 8, 10, 31. fam. 10, 13, 1. Iustin. 11, 12, 1.

* **ratio**: Dr. 826: ap. Cic.

scribendae epistulae 7, 6, 8. consulatus recusandi P 60, 22.

titulus: inde a Livio videtur legi. sub titulo gratiaram agendarum P 4, 25. Iustin. 30, 3, 6.

* **venia**: inde a Cic. videtur legi. recusandi laboris 1, 8, 1.

β. e nomine adiectivo pendet.

vir movendarum lacrimarum peritissimus 2, 11, 43.

„peritus“ iam a Catone (de mor. 6 dicendi peritus) usurpatur, non demum a Cicerone, ut Dr. putat.

Ex casu ablativo „causa“ pro praepositione usurpato gerundii genetivus pendet duobus locis: („gratia“ non exstat.) non auspicandi causa, sed studendi 3, 5, 8. placendi causa scribunt 3, 18, 10.

Gerundivi exemplum non exstat. Apud Vitruvium „causâ“ nunquam cum gerund. genet. coniungitur; „gratiâ“ apud eundem omnino non legitur.

Addenda Draegero:

p. 828: via medendi Cels. (Georg. lex.) vias — irridendi Arnob. 185, 7.

materia adipiscendi triumphalia — Vell. 2, 116, 3.

p. 829: frons ad nos accedendi Cyprian. ep. 686, 7. non credendi frons Arnob. 42, 15.

p. 830 c. mirum mihi videtur, quod Dr. formam „tui“ in exemplo allato „tui (femin.) videndi copiast“ genetivum pronominis possessivi esse dicit.

p. 831 c. quomodo Dr. structuram „principium generandi animalium“ explicat, non magis mihi placet quam Schmalzii (p. 303) constructionis „facultas condonandi agrorum“ interpretatio; valde mihi arridet, quod Skutsch (Berl. philol. Wochenschrift 1900 p. 470) annotat: structuras „facultas condonandorum agrorum“ et „f. condonandi agros“ in unam coiisse.

p. 832 sup. adde: Prudent. P 10: luxus vorandi carnis.

Genetivi q. d. inhaerentiae, velut „qui habet aures audiendi audiat“, constructio apud Plinium non invenitur.

p. 833, 1 fin.: hanc dicendi formam amat Tertullianus, e. gr. de anima 20: sapiendi dicendique acutissimos.

p. 833 sqq. Genetivum gerundii vel gerundivi nec qualitatis nec finalem Plinius usurpat. Qua de structura v. J. Weisweiler, der finale genetiv. gerundii. Prgr. Koeln 1890 („causa“ vel „gratia“ mente addit, graecismum q. d. exstare censet), id quod negat Schmalz (p. 303), qui genet. qualitatis esse putat originis vere italicae). Eman. Hoffmann, der angeblich ellipt. gen. gerundii. Neue Jahrbücher 109, p. 545—557, impr. p. 548 et 556. Sedlmayer in Eran. Vindob. 1893 p. 111. Genetivus gerundii epexegetice pronomini neutr. gen. appositus: Liv. 35, 49, 13: nam quod optimum esse dicunt, non interponendi vos bello, nihil immo tam alienum rebus vestris est.

3. Dativus.

a. Gerundii.

Dr. II p. 835. Menge no. 451, 3 & 4. cf. Dr. I p. 442. Apud Plinium non invenitur[33]).

b. Gerundivi.

α. dativus gerundivi pendet ex nominibus.

1) adiectivis.

quae sunt augendae rei necessaria 1, 8, 7.

2) substantivis.

non exstat apud Plinium nisi cum verbo aliquo finem significante coniunctus.

emendis dividendisque agris adiutor assumptus 7, 31, 4.

quinqueviri — qui minuendis publicis sumptibus — constituebantur 2, 1, 9.

neque alia repetendis consulatibus intervalla permittere P 61, 27.

publicis sumptibus minuendis optimum quemque praeficeret P 62, 26.

cf. Vell. 2, 73, 3: ea patrando bello mora fuit. 2, 92, 1: aberat ordinandis Asiae rebus.

β. dativus gerundivi pendet ex verbis.

ut formandis istius provinciae moribus ipse moderareris et constitueres, quae X, 117 (Traian.).

Dativus gerund. partes sustinet enuntiati finalis.

cf. Dr. p. 843. Menge no. 451, 4.

a Livio primo ita usurpatur. non locupletando fisco sedes P 80, 11.

cf. Vell. 2, 92, 1: aberat ordinandis Asiae rebus.

Addenda Draegero:

p. 836: e dativo gerundii pendet accusativus — praeter locos a Draegero laudatos: Liv. 21, 54, 1. Ovid. met. 9, 684. Vitruv. 34, 17. Schmalz p. 304 quater a Plauto e gerundii dativo accusativum suspendi dicit, sed neglegit numeros.

p. 836, 2. apud Caesarem gerundii dativus non exstat, gerundivi bis: b. g. 3, 4, 1 et 5, 27, 5 (diem dicere). Apud Nepotem neque gerundii neque gerundivi dativus invenitur; apud Iustinum gerundii dativus deest, gerundivi quater legitur.

p. 836, 2a. praesto esse: Arnob. 146, 29: rebus petendis. patefaciendis rebus — praestituta Arnob. 146, 29. praeest frugibus terendis Arnob. 147, 4.

p. 836, 2c. metam facere, instituere iam ap. Plautum. oneri ferundo collocatae Vitruv. 4, 21. operari inde a Livio, Ovid. am. 2, 7, 23. Tac. hist. 5, 20, 11.

p. 836, 2c. cf. Cyprian. 409, 22: examinandis nobis diversi importabantur dolores.

p. 838 a. firmus: Vitruv. 53, 18 et 105, 16: oneri ferundo. facilis: ap. Liv.

p. 839. ap. Dr. deest: maturus, immaturus: ap. Liv. optimus, scitus, sospes, salutaris: ap. Plaut.

p. 843. dat. ger. pro enuntiato finali: Vitruv. 34, 17: vitando imbres et aestus.

4. Accusativus. Dr. p. 851 sqq.

a. Gerundii. cf. „habeo" p. 114.

Gerundii casus accusativus nisi ex praepositionibus pendens non exstat (cf. „incipiens scribendum" ap. Fredegar. I, 123). A Plinio una praepositio „ad" usurpatur (item a Velleio [2, 101, 1. 2, 17, 7]).

α. ex adiectivis apta („ad" relativum).

valentior amor ad obtinendum quod velis 8, 24, 6. (neque hoc neque sequentia adiectiva ap. Draegerum exstant).

an **parva pronaque sunt** ad aemulandum P 44, 6.

parvus c. gerundivo: Iustin. 5, 8, 11. pronus: ad simultates P 84, 33. ad honores iter 8, 10, 3. id ad fidem pronius est Liv. 21, 28, 6. p. ad domandum Varro r. r. 1, 2. ad peccandum Oros., ad credendum Aur. Vict. ruendi Lucan. 1, 461. audiendi pronior Claudian. Ruf. 2, 400.

pronum est, pronius est c. inf. v. Georg. lex.

ingeniosior est enim ad excogitandum simulatio P 55, 13. quo quisque est — ingeniosior Cic. Rosc. com. 11, 3. ingeniosus c. dat. gerundivi: Ovid. am. 2, 6, 18.

efficacius ad recte vivendum P 84, 31. adverb. compar.: 6, 6, 8. superl.: 2, 13, 11.

β. e verbis pendet („ad" finale).

1) movendi.

ad emendum — ad solvendum allici 8, 27.
ad scribendum — animum — intendit 7, 27, 7. Iustin. 21, 1, 4.
eum compelleret ad cedendum senatui 8, 6, 8.
invitos ad accipiendum compellere X, 55 (Traian.).
erexit animos ad aemulandum quod laudari videbat P 70, 8.
sollicitavit ad emendum 3, 6, 4.
ad scribendum sollicitaverat 7, 4, 5.
ad laudandum trahebantur 2, 14, 6.

2) eundi.

ad audiendum coitur 1, 13, 1.
ad declamandum huc transierunt 2, 14, 2.
consurgenti ad censendum 4, 9, 18.
surgis ad agendum 7, 17, 9.
ad iudicandum veni 4, 29, 1.
cf. ereptum eunt P 35, 4. abire visere Plaut. Bacch. 4, 8, 59.

3) dandi etc.

ad exhibendum formulam accipere 5, 10, 1.
electus ad inquirendum 3, 9, 31.
de obiecto ex hoc gerundii accusativo pendente v. Schmalz p. 300. Liv. 1, 6, 4: ad inaugurandum templa.

b. Gerundivi.

α. Praeter „ob" et „circa" praepositiones quae singulis exstant locis, tantum „ad" invenitur.

Ob innocentes condemnandos, interficiendos pecunias accepisset 2, 11, 2.

Dr. p. 852: „primum apud Cic."; sed cum Schmalz praepositionem „ob" a Cicerone nisi in vocabulo artis „ob rem iudicandam" non usurpari doceat, eam iam prius exstare verisimile est atque sermonis vulgaris esse.

Cf. Suet. Tib. 2, 18 ob expellendum Ciceronem. Tib. 60, 8 ob subreptum pavonem.

Circa: e studiis nostris circa tuendos socios P 95, 29. Adde Draegero: postea saepius legitur: Fronto p. 169, 18. Cyprian. ep. 538, 6. Lactant. 1, 569. Porphyrio p. 388, 24.

β. Ad cum gerundivi accusativo pendet

1) e nomine substantivo.

ad conectandas amicitias vel tenacissimum vinculum 4, 15, 2.
instrumentum ad incendia compescenda X, 33, 2.
Cf.: nihil ad augendum fastidium superest P 71, 16.
ad coercendos ignes auxilio esse X, 34, 2 (Traian.).

2) e nomine adiectivo.

exemplum apud Plinium non exstat.

3) e verbis.

a) movendi.

praemia acuent — ad liberos suscipiendos 2, 7, 5.
ad quod petendum adducimur 4, 15, 4.
ad tollendos liberos ingentia praemia adhortantur P 26, 24.
ad continendas custodias — commilitones converti X, 20, 1 (Traian.).
ad capessendam eam compulerunt P 7, 11.
ad legendos eos, ad simile aliquid elaborandum possunt excitare 3, 5, 20.
ad agendas — gratias excitamur P 1, 8.
ad similia condenda — incitas 9, 25, 1.
incitantur ad cognoscenda (ea) 9, 27, 2.
missus ad ordinandum statum 8, 24, 2.
ad te salutandum — mitti X, 43, 1.
ad opem ferendam revocari P 6, 31.
ad signandum testamentum rogare 1, 9, 2.
Cf. incitavi pergeret 5, 17, 4 et incitari ad imitationem propositi 3, 6, 13.
ad contemptum mortis accendere P 33, 19.

similiter Traianus: ad purgationes cloacarum, ad munitiones viarum et vicorum X, 32, 2.

ad exstructionem balinei X, 71.

vestigia huius dicendi generis raro iam ap. Ciceronem inveniuntur, ex. gr. exstructio tectorum.

b) eundi.

ad capiendum cibum (convenisse) X, 96, 7.

ad consulendum te decucurri X, 96, 8.

ad frumentum comparandum in Paphlagoniam iret X, 27. Traiani responsum X, 28: proficiscentem ad comparationem frumentorum.

eunti ad eum — salutandum X, 43, 3.

ad quae noscenda iter ingredi, transmittere maria solemus 8, 20, 1.

quae (pars sententiae) pertinebat ad dandum ei sestertium centies 8, 6, 10. Caes. b. c. 1, 9, 1.

quendam ad visendum eum venisse 2, 3, 8.

cum venisset ad signandum (testamentum) 2, 20, 10. ad me salutandum 4, 13, 3.

ad audiendos — Quintilianum, Niceten — ventitabat 6, 6, 3.

c) dandi et accipiendi.

diem ad instruendam causam darem X, 81, 3.

huic — ad instruendum se ornandumque donaveram 6, 25, 3.

ad hos proferendos et tempus — elegi 8, 21, 2.

ad salutandum me — impendebantur X, 44 (Traian.).

ad odium sui leniendum — obiectabant P 28, 1.

offero tibi ad implendas equestres facultates 1, 19, 2.

Praeterea „ad finale" legitur his locis: fossam percussam ad colligendum umorem — an ad committendum flumini lacum X, 41, 4. X, 93. P 4, 18. P 5, 10.

Addenda Draegero:

p. 851 sq.: inter. cf. Krause (de gerundii gerundivi ap. ant. Roman. scriptt. usu. Halis 1875) p. 39. Caec. frg. 193 (R) inter luctandum. Afran. frg. 422 (R) inter loquendum. Verg. buc. 9, 23 inter agendum, ubi Servius affert ex Ennio: inter ponendum (inter cenandum). Cf. Stacey l. l. Archiv X p. 73: apud Livium praeter unum locum gerundiva tantum leguntur: 2, 20, 9. 6, 11, 5. 7, 40, 5. 8, 38, 15. 9, 11, 6. 34, 25, 6. 40, 42, 1. porro: 6, 39, 10. 21, 21, 8: inter labores aut iam exhaustos aut mox exhauriendos. inter bibendum Iustin. 11, 8, 8.

p. 851 inf.: praeter Cic. leg. manil. 49: Iustin. 21, 4, 1: opes in occupandam dominationem intendit.

p. 852: ob. iam ante Ciceronem, sed tantum in locutione artis forensis: „ob rem iudicandam" usurpatur.

p. 852: erga a Draegero non affertur, quamquam invenitur ap. Ammianum; v. Georg. lex.

p. 852: propter. non, ut Dr. putat, a Valerio Maximo demum, sed iam a Varrone usurpatur: gramm. 1: propter aliud aliquid significandum.

p. 851: ad. cf. Schmalz l. l. p. 305. cum gerundio coniunctum, e quo pendet casus accusativus: primum ap. Varronem (cf. r. r. 1, 23. 4, 42 ad discernendum vocis figuras.), tum ap. Ciceronem fam. 10, 23, 3 (Planc.). fortasse ap. Livium, id quod negat Woelfflin (Liv.-Krit. p. 16). deinde ap. Sen. phil., Suet., Aurel. Vict., Augustin., Cyprian., alios. a Vitruvio ad c. gerundio et c. gerundivo saepe usurpatur, sed haec constructio frequentior est quam illa. v. Praun p. 63 sqq.

5. Ablativus. Dr. p. 846 sqq. J. N. Ott, zur Lehre vom Ablat. gerund. Stuttg. 1877. 4. Festschrift zur 4. Tübinger Saecularfeier — p. 27—37. Ott demonstrat et gerundii et gerundivi casum ablativum non solum ablativi instrumentalis q. d. vicibus fungi, sed etiam causalis, temporalis, conditionalis, concessivi, modalis, etiam respectivi, raro qualitatis.[34])

a. Gerundii.

α. obiecto non apposito.

agendo consecutos 6, 29, 4. commode agendo factum est, ut saepe agerem, saepe agendo, ut minus commode 6, 29, 5. tantum assensum me agendo consecutum, quantum tunc non agendo 7, 6, 13. audiendo discendoque totos dies consumere 1, 10, 11. convalescendo metiri 8, 11, 2. haec aequare dicendo 8, 4, 3. imperare parendo — assuescerent 8, 14, 5. de partibus experior legendo 3, 15, 5. scribendo retractare 7, 24, 8. nando superare P 82, 8. fando[35]) inauditum P 86, 19. fando auditum: Liv. 4, 3, 10. inauditum iter P 7, 5. Solus ergo — pro munere tanto paria accipiendo fecisti P 6, 2.

loco obiecti e gerundio pendet quaest. obl.: ut quid sentias rescribendo — emendare digneris X, 43, 4.

Cf. Haec beneficia mea tueri nullo modo melius quam ut augeam possum 2, 13, 9. cf. Ott l. l. p. 35.

β. obiectum pendet ex gerundii ablativo.

Dr. p. 847 b. A. Werth l. l. p. 352: sedecies ap. Terentian. Lange (Vell. Paterc. Prgr. Stettin 1886) p. 21: e gerundii ablativo instrum. obiectum pendet omnibus locis praeter 2, 25, 4. 2, 91, 5.

cf. Cato praec. ad fil.: nihil agendo homines male agere discunt.

1) accusativus.

et civis et senatoris boni partibus functus es obsequium amplissimi ordinis, quod iustissime exigebat, praestando X, 3 a (Traian.).

secundum mandata mea fecit Sempronius mittendo ad te eos X, 30, 1 (Traian.).

optime fecisti — duodena ista (milia), quae ad salutandum me in legatum impendebantur remittendo X, 44 (Traian.).

2) dativus.

idque re ipsa manifestum fecerit id est supplicando diis nostris X, 97, 2 (Traian.).

Vell. 2, 44, 2. cf. 2, 117, 4.

Animadvertas quaeso Plinium ipsum hoc dicendi modo nusquam uti, qui apud Ciceronem nonnunquam inveniatur, ne in epistulis quidem ad Traianum datis, unde apparere videtur hanc loquendi consuetudinem, quae posteriore aetate valde increbruerit, ab ingenio linguae latinae aliquantum abhorrere.

obiectum facile e verborum contextu suppletur:

ut maiorem eum suscipiendo gerendoque consulatum) facias P 59, 26.

In hisce quae modo attuli exemplis dubium esse non potest, quin illi casus accipiendi sint ablativi modi q. d. (cf. Dr. p. 847 a. 848 c. Kuehner II p. 561. Menge 451 ann. 3). In superioribus autem difficile est ad discernendum, utrum ablativos instrumenti q. d. an alius notionis, ut modi cett. esse putemus, quamquam genuina vis instrumenti omnibus vindicari potest.

Addenda Draegero:

apud Vitruvium casus ablativus gerundii exstat centies quadragiesi, gerundivi non invenitur, qua re demonstrari videtur iam Vitruvi temporibus hanc formam, unde romanarum q. v. linguarum participium praes. ortum est („cantando" italice et hispanice, „chantant" gallice. — cf. Diez l. l. p. 851. Hartel, Lucifer p. 48) in sermone plebeio tam usitatam fuisse, ut per tempora, cum ceterae gerundii et gerundivi formae cesserint infinitivo atque ita interierint, sola durare et pro sua parte infinitivum summovere potuerit; nam legimus abl. gerund. aptum apud Luciferum Calaritanum ex his verbis: desistere, desinere, deesse, cessare, praetermittere, permanere. (quae structura semel ap. Cic. invenitur Att. 4, 6, 3, raro ap. Livium: 4, 55, 5. 9, 34, 2. 29, 33, 8.)

p. 846 exemplum ablat. resp. post verbum superandi exstat Plaut. Bacch. 402, ablat. tempor. Verg. Aen. 2, 6 (talia fando). Plaut. Men. v. 882 et Truc. v. 916 melius ablativi instr. interpretandi sunt.

p. 847, v. 7. ap. Caes. b. g. 7, 71, 4: parcendo.

Caelius ap. Cic. fam. 8, 15, 1: bellum ambulando confecerunt.

Exemplum Livii ad docendum maxime idoneum exstat 3, 64, 11: „cum ad ultimum perseverassent negando" et ibidem § 8: „quod perseverassent ad ultimum dissimiles decemvirorum esse", inter

quae dicendi genera interest nihil. Postea autem infinitivus gerundio submovetur; cf. Cic. fam. 12, 14, 7 (Lentulus): „neque defatigabor permanere“ et Apul. flor. 7: „fatigaberis admirando“. Saepe ita Africani, eccles., contra Pirm. 31: „dat manducare“ loco gerundii. — Similiter interpretandus est Cic. ad Att. 4, 6, 3: incipiendo refugi (ubi „in“ non addendum est). Huc pertinent: persequi, exsequi quaerendo, exsequi inquirendo, percunctando, sciscitando.

p. 847 inf.: Post Livium abl. ger. pro partic. praesentis: Commodian. 2, 23, 18: vigilas vivendo; A. 567: prostravit se precando. Cypr. ep. 559, 24: excitat dicendo. Iustin. 32, 1, 5: pugnando vitae parcere. Terentian. 449. 1627. 2194. 2253. Ven. Fort. X, 1, 1: nesciendo quae facere. (!)

p. 847 b. Plaut. Men. 883: manendo medicum. Trin. 1048: male fidem servando.

p. 848 sup.: Cic. Verr. 5, 43, 113: testes interficiendo (sed Phil. 2, 10 addendo die? non repperi).

Vell. 2, 16, 2: duos filios creando praetores (alia structura cogitari non potest). 2, 1, 5. 2, 16, 4. 2, 56, 3. 2, 56, 4. 2, 66, 3. 2, 80, 2. 2, 109, 2.

apud posteriores gerundii ablat. cum obiectis cuiusvis generis coniungitur, e. g. Cypr. 798, 4: cedendo ac manus dando. Dr. putat gerundii ablativi cum obiecto coniuncti structuram magis magisque minui; sed v. praeter locos supra laudatos ex. gr. Terentianum 230. 245. 321 (bis). 345. 373. 386. 625. 726. 995. 1296 (ἀπὸ κοινοῦ). 1435. 1515. 2189. 2298. 2880. de prato mugiendo — recurrens (daemon) Vit. Greg. Magni Acta Sanct. XII. Mart. p. 208. Abl. gerund. apud adiectiva relativa raro legitur: Cic. ep. fam. 2, 1, 1: scribendo impiger (ubi praepositione „in“ non opus est, ut putant). 3, 9, 3: neglegens scribendo (item), quos ablativos Ott l. l. p. 37 interpretatur respectivos.

p. 848 c. de participio praesentis cum ablativo gerundii coniuncto copiose disserit Praun l. l. p. 60. Ex quo si perspicuum est gerundium participio praesentis adiunctum ad participii vim descendisse, mirum esse non potest, Vitruvium saepe gerundium pro participio usurpasse ex. g. 34, 16. 108, 25. 135, 6. 144, 16, atque gerundii vim et notionem evanuisse ex eo potest intellegi, quod nonnunquam ab eodem scriptore ex ablativo suspenditur alter ablativus (27, 8. 156, 13. 188, 17. 193, 21. 194, 2. 241, 16. 132, 1. 132, 2).

b. Gerundivi.

Dr. p. 849 sqq.

Gerundivi ablativus instrumentalis semel invenitur: agendis causis distringeretur 5, 5, 3.

modi semel: fruendis voluptatibus crescit carendi dolor 8, 5, 2.

de verbi intransitivi gerundivo cf. Dr. p. 856. ubi addas Vitr. 176, 17 (fruendus), Iustin. 19, 1, 6 (fungendus), Vitr. 33, 15 („cibo agresti vescendo“ [„vescendo“ potest gerundium accipi]).

separationis semel: abstinui causis agendis 1, 23, 2.

causae semel: Aegyptus alendis augendisque seminibus ita gloriata est P 30, 39.

E praepositionibus pendet Ablativus

1. Gerundii.

a. semel invenitur „a“: cum a scribendo vacaret 3, 7, 4.

b. omnibus reliquis locis invenimus praepositionem „in“, quae significat

α) qua in re qualitas quaedam appareat: in disputando incomprehensibiles 1, 20, 6. hoc adiectivum primum apud Plinium nostrum legitur cum notione: einer den man nicht fassen kann.

vir in dicendo copiosus, ornatus 3, 9, 7. si quam haberem in dicendo facultatem 3, 9, 21. qui plurimum in scribendo et satis haberet et fellis nec candoris minus 3, 21, 1. in edendo haesitator 5, 10, 2. cautior in continendo vel constantior in edendo 5, 12, 4. in dicendo exercitatus 5, 13, 3. tanta in praedicando verecundia quanta gloria ex facto 9, 19, 4. parciorem me in laudando facit X, 26, 2. in edendo liberalitatem — exhibuit P 33, 21. tam parcus in aedificando quam diligens in tuendo P 51, 27. nulla in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora P 79, 7.

obiectum suppl.: liberalis in edendo (ludos) 6, 34, 2. Suet. Claud. 12, 14: in semel augendo parcus.

β) qua in occasione quid fiat: in dicendo assentationem — defugerim 1, 8, 17. in eligendo — errat 1, 20, 14. hunc ordinem me in scribendo sequi 8, 21, 3.

2. Gerundivi.

a) uno loco exstat „pro“: pro iure iurando P 66, 13.

b) quinque locis „de“: lege prolata de senatu habendo 5, 13, 5. de agnoscendis liberis restituendisque natalibus — cognoscerem X, 72.

aestimabo an debeas cognoscere de agnoscendis liberis et natalibus veris restituendis X, 73 (Traian.).

de ampliando numero gladiatorum aut de instituendo collegio fabrorum consulebamur P 54, 25.

de iure iurando P 65, 17.

c) omnibus reliquis locis invenimus praepositionem „in“, quae significat

α) qua in re qualitas quaedam appareat: in agendis causis exercitatus 2, 9, 4. in causis agendis eruditus 2, 13, 7. in disponendis facultatibus plurimum tibi et usus et providentiae superest 3, 19, 9.

Ille meus in petendis honoribus suffragator et testis, ille in inchoandis deductor et comes, ille in gerendis consiliator et rector 4, 17, 6.

cf. Arnobium 260, 8: religionibus artifex in comminiscendis.

diligentiam tuam in retractandis operibus 9, 35, 2.

tantum putat esse in iure iurando P 77, 9.

β) qua in occasione quid fiat: multum in commutandis moribus medius annus valet P 59, 15. 1, 14, 9. 1, 20, 1. 2, 18, 5. 4, 2, 4. 4, 15, 3. 5, 2, 2. 5, 13, 8. 8, 23, 2. X, 4, 3. Actum quem debuisti — in excutiendis causis — secutus es X, 97, 1 (Traian.). X, 108, 1. P 20, 21.[36])

Addenda Draegero: p. 850, 8: ad locum Ciceronis off. 1, 15, 47 (referenda gratia) annotandum est Ciceroni vocem idoneam defuisse, cum „gratiae relatio" apud Senecam phil. demum inveniatur.

ablat. instrum. gerundivi: Cic. fam. 4, 2, 3: gratiam inire defendenda pace.

ablat. modi: quis est enim, qui nullis officii praeceptis tradendis philosophum se audeat dicere? Off. 1, 2, 5.

ablativus gerundivi respectivus ex nomine adiectivo aptus aureae q. d. latinitatis temporibus raro invenitur. Liv. 3, 17, 2: felix vobis corrumpendis. Apud Tacitum legimus ann. 13, 14, 10: dignam stirpem suscipiendo patris imperio.

ablat. gerundivi separationis: Cic. Att. 1, 13, 2: sum a perverso homine observando liber.

Iuvenc. 14: gregibus augendis liber. Cyprian. ep. 480, 11: oculi conspiciendo Deo digni.

Ablat. qualit.: Liv. 24, 27, 3: praetores dissimulare primo et trahenda re esse (prius legebatur: trahendam rem).

p. 851. in: abl. gerundii: in legendo Terentian. 317. gerundivi: in moenibus suscipiendis occupatum Vitr. 5, 17. in moenibus collocandis Vitr. 17, 7.

p. 852. de: Vitruvius hanc praepositionem ter cum gerundivo coniungit: 30, 26. 146, 17. 154, 2. Apud Arnobium legimus: de vitam degendo 66, 11. de moriendo 26, 29. de permanendo 73, 6. de videndo 54, 4. de reprehendendo (cum enuntiato relativo pro obiecto) 105, 15.

Raro ablativo gerundii e praepositione pendenti additur obiectum: Varr. r. r. 3, 9, 12: in supponendo ova.

Cic. Tusc. 3, 9, 20: a nimis intuendo fortunam alterius.

Cic. offic. 1, 5, 15: in hominum societate tuenda tribuendoque suum cuique.

„in" cum abl. gerundii raro apud Vitruvium invenitur, cuius constructionis vices agit:

1. substant. verbale in — io.
2. substant. solum, e. gr.: in moenibus.
3. abl. ger. nudus, e. gr.: fundendo.

p. 851. Varr. l. l. 6, 75: sine canendo. Apud Caes. „de" et „in"; ap. Hirt. „a" quoque.

Caput V.

De infinitivo historico.

Draeger I p. 330 sqq. II p. 441. Kuehner II p. 103 sqq. Strotkötter p. 12. p. 28. Schmalz p. 335. Schütz p. 21. p. 22. p. 23.

De infinitivi historici sive adumbrativi sive descriptivi origine et vi a viris doctis multum disputatum est. Atque veteres quidem grammatici, inter quos Quintilianus et Priscianus, hunc infinitivi usum declarari posse ellipsi q. d. verbi „coepit" putant, vel similium ut „evenit", „parat", quam sententiam secuti sunt Sanctius, Ruddimann, alii, nostris autem temporibus Iaenicke (Novi Annales 151 (a. 1895) p. 134 sqq.; cf. Thumser Prgr. Wien 1889/90 p. 13). Censet enim vir doctissimus in unoquoque infinitivo historico supplendum esse „coepit", cui opinioni cum Sallustii Cat. 25, 5: „posse versus facere" repugnet, aut aliter eum locum interpretandum esse putat aut libros manuscriptos vitio non carere. Qua coniectura quamquam viri doctissimi sententia non fulcitur, tamen eam non omnino reprobat Delbrueck (Vergl. Syntax 2, 458), cum infinitivus historicus non raro excipiat verbum „coepit" cum infinitivo coniunctum (cf. Plaut. Bacch. 259. Caes. b. c. 3, 12, 2. Plin. ep. X, 81, 4: Eumolpus — petere coepit; contra Dion ut audiretur exigere) et Ebeling (Vollmoellers krit. Jahresbericht üb. d. Fortschritte d. roman. Philol. Bd. IV. Heft 2. Erlang. 1899 p. 244), postquam de Iaenickii commentario disseruit, linguae italicae infinitivum historicum iam diu similiter intellegi dicit. Cuius linguae cum non sim satis peritus, Diez autem, ut alios omittam, l. l. p. 925 inf. hist. in linguis romanis q. d. praeter gallicam non exstare doceat, hanc sententiarum varietatem me non intellegere confiteor. Impugnatur autem Iaenickii sententia a Schmalzio et Landgrafio (Reisig, Haase etc. lat. Syntax p. 802), a Riemanno et Goelzero (grammaire comparée du Grec et du Latin. Paris 1897, syntaxe p. 340), a Diezio, qui l. l. p. 925 hunc infinitivi usum ellipsi q. d. declarari posse negat. Praeterea quid de infinitivo historico viri docti

senserint, copiose disseruit G. Mohr (de inf. hist. — Halis 1878). Cf. E. Herzog, die Syntax des Infin. in Fleckeisen. annall. 107 (1873) p. 21. Madvig lat. Sprache § 392. Cum alios igitur praetermittam, unius mihi liceat afferre sententiam, qua etiam illustria ingenia graviter errare posse mirum in modum demonstratur. Docet enim vir quidam de lingua latina optime meritus non iocans imperatorum Romanorum epistulas hoc semper stilo conscriptas fuisse et inde hunc infinitivi usum derivari. — Cum Iolly deinde ex infinitivi genuina natura, quae sit dativi, infinitivum historicum interpretetur (Geschichte des Infin. im Indogerm. Muenchen 1873 p. 181 f.), cui sententiae acriter adversatur G. Mueller (zur Lehre vom Inf. Prgr. Goerlitz 1878) p. 16, assentitur Barth (de inf. ap. scaenicos poet. lat. Dissert. Berol. 1882) p. 6., Deecke autem ut omnibus infinitivis ita infinitivo historico vel potius descriptivo casus locativi vim et notionem vindicet (Beiträge zur Auffassung lat. Inf. etc. construct. Prgr. Muelhausen 1890) et J. Bódiss idem sentiat (Magyar. philol. Zeitschrift Bd. XXIV p. 25 sqq. et 699 sqq.); Strotkötter (l. l. p. 12 & 28) et infinitivo pro imperativo usurpato et descriptivo eandem tribuit originem, ita ut utroque punctum quasi temporis atque nihil nisi mera verbi actio exprimatur. Quae interpretatio valde mihi arridet, praesertim cum idem ipse iam diu de hac re senserim (Cf. Plin. ep. 1, 20, 13. 4, 17. 3. 5, 6, 41. Curt. 7, 4, 11). Wackernagel denique (Geçh. des histor. Inf. Vortrag d. Zürcher Philol.-Versammlung 1887 p. 276 sqq.) Strotkötteri sententiam comprobans cum linguarum slavicarum analogias afferret et originem genuinamque vim formae vbi legimini (= λεγέμεναι) explicaret, infinitivum historicum ex infinitivo pro imperativo usurpato profectum esse aliterque explicari non posse demonstravit, cui interpretationi nunc viri doctissimi fere omnes assentiunt, ut Schmalz l. l. p. 335, Ziemer (Bursiani annall. 1883[3] p. 364), Delbrueck, alii. — Restat ut referam quid sentiat Schütz. „In dem reinen Imperfect. vergegenwärtigt man sich ein Thun aus der Vergangenheit, indem man es sich in seinem Verlaufe vorführt. Es dient also zur Veranschaulichung, Schilderung (Zumpt § 599, annot.). Und w e n n m a n h e r v o r h e b e n w i l l,

dass man den Hauptnachdruck auf Verlauf und Inhalt der Handlung legt, so kann man die Handlung von Zeit- und Aussageform loslösen und sie in den Inf. histor. setzen. Hier zeigt sich das Thun wie ein Bild für sich, dessen Unterschrift und Inhaltsangabe der Inf. bildet. Das Subject dieses Infinitivs bleibt im Nominativ. p. 21. Das schildernde Imperf. (Inf. hist.) hat das Thun eines Gegenstandes im Auge, p. 22. Reines Imperf. (damals gerade) dient zur Veranschaulichung und Schilderung. Dazu gehört der Inf. hist., zu umschreiben etwa mit „man sah, man fing an etc.“ p. 23. Quam sententiam quin accipiamus libenterque sequamur nihil obest. Iam videamus quomodo infinitivus historicus per tempora sit usurpatus. (De hac re copiose ornateque disseruit E. Woelfflin. Archiv X p. 177—186.)

Atque cum apud Plautum quidem rarius hic infinitivus inveniatur, saepius apud Terentium legitur (vicies; v. Barth l. l. p. 7), bis etiam in enuntiatis interrogativis (Barth p. 8), qui usus iterum non exstat nisi apud Petronium demum p. 39, 23 (qui mori timore nisi ego?). Cum deinde a Catone admodum raro adhibeatur, apud Ciceronem in usu est maxime in orationibus prioribus et in epistulis, quadragies bis, ut Mueller l. l. p. 15 docet, apud Caesarem vicies sexies, sexiesdecies sex locis belli Gallici (in quibus semel passivi 3, 4, 1–2; cf. Woelfflin l. l. p. 182: superari = inferiorem esse), decies quattuor locis belli civilis (qui loci ap. Draegerum II p. VI. melius sic numerantur: 1, 64, 3. 2, 20, 1. 3, 12, 2. 3, 17, 5.), ab auctore belli Afric. saepius, semel in enuntiato relativo c. 15, ubi inf. pass. (occupati esse) primum exstat. — Cornelii Nepotis duos infinitivos historicos delevit Halm: Alcib. 6, 3 legit „reminiscens“ pro „reminisci“; Eum. 9, 1: „quaeritur“ pro „quaerere“. Saepissime autem atque elegantissime inf. hist. usurpatur a Sallustio (c. 94 terdecies), in enuntiato relativo Iug. 59, 3 et 70, 5. Cf. Carolus Huebenthal. quaestt. de usu inf. hist. ap. Sallustium et Tacitum. Diss. Hal. 1881. Draeger II p. 570, p. 629, 2 a); a Livio rarius atque ita quidem, ut infinitivorum numerus paulatim minuatur; nam cum e. g.

in libro primo 35 infinitivi exstent, in libro XXI. 22, in libro XLV. 10 tantum inveniuntur (cf. Leop. Winkler, Inf. ap. Livium, Prgr. Brüx 1895). De Asinio Pollione, qui praeter Sallustium omnium maxime hunc infinitivum amare videtur (cap. 20 invenimus duodecim) cf. Woelfflin. Latinit. des A. P. Archiv VI (1889) p. 85 sqq. De infinitivi hist. apud Curtium usu docet Korb (Prgr. Prager Neustadt) p. 4 contra Vogelum (Curtius Rufus ed. Vogel ap. Teubnerum 1885. § 112 Einl.) octo locis binos ad quinos infinitivos, decem locis singulos exstare; inf. hist. pass. apud Curtium non inveniri, cum „levari" (4, 3, 17) sit medii generis, non passivi. De Seneca rhetore nihil habeo, quod Draegero addam. Apud Petronium inf. histor. semel in quaestione legi (p. 39, 23) iam supra commemoravi. De Tacito praeter ea, quae Draeger I p. 331 II p. 571 et 629 affert, nihil mihi notum est novi, neque plus de Apuleio. De Iustini autem 21, 5, 4 assentior Wentzelio qui primum infinitivum ex voce „contentus" aptum, reliquos undecim infinitivos absolute usurpatos esse censet (p. 68), praeterea dicit infinitivum histor. exstare viginti duobus locis, quattuor legi 36, 4, 2 et 41, 3, 4, sex 43, 4, 11. sed infinit. pass., qui memoratur in Wentzelii commentationis censura (Archiv VIII) in commentatione ipsa non reperio. — Iam apud Florum unum inf. hist. novi 2, 6, 23: „interim respirare Romani", quem usum dicendi Iordanem adeo non intellexisse docet Woelfflin (Latinit. des Iordanes. Archiv XI p. 361—368) p. 364 sq., ut scriptor barbarus, qui Florum ad verbum transscripserit, hunc locum sic verterit: „permissum est interim respirare Romanis" (Rom. 192). Cum deinde Fronto p. 209 quindecim infinitivos hist. praebeat, postea — uno exemplo Ammianeo coniectura deleto (Henr. Ehrismann, de temporum et modor. usu Ammianeo, diss. Arg. 1886) — a prosae orationis scriptoribus non iam usurpatum esse verisimile est, et quamquam apud poetas atque eos imprimis, quorum dicendi genus a sermone plebeio non longe abest, nonnunquam exstare mihi persuasum est, tamen paulatim hanc dicendi rationem plane evanuisse et exemplo illo ex Iordane sumpto docemur et linguis q. d. romanis. (De linguae gallicae infinitivo quodam historico

v. Diez l. l. p. 925.) Cf. Woelfflin Archiv XI p. 365 et Archiv X p. 186.

Adde Draegero: Verg. Aen. 11, 822[37]). Ovid met. 7, 639 sq. (sex inf.).

Deest infinitivus historicus, ut Mohr docet, apud Lucretium; Catullum, Tibullum, Propertium; Persium et Iuvenalem, Phaedrum; Suetonium, Valerium Maximum (Plinii Maioris unum locum laudat Draeger N. H. 14, 6); Manilium.

Considerantes iam quomodo Plinius infinitivo historico usus sit (cf. Lagergren l. l. p. 165 sq. — „ubi vivida opus est oratione"; afferuntur 6, 20, 11. 12. 15. 7, 27, 8. 9, 33, 5. P 22; Kraut l. l. p. 40: 6, 20, 11 f., 15. 9, 33, 4 f. „und sonst"), non mirabimur quod hunc infinitivum paucis locis invenimus idque in nonnullis epistolarum libris, in libri decimi et Panegyrici locis singulis, tamquam si ne hunc quidem dicendi modum se ignorare scriptor noster voluerit ostendere. Infinitivum enim historicum inde ab antiquissimis linguae temporibus praecipue in sermone plebeio usitatum fuisse cum et propter naturam eius et propter scriptorum usum existimem, Plinius cum ostentatione gloriaque seductus tum Ciceronem epistularum scriptorem imitatus hanc structuram adhibuisse mihi videtur. Nam cum Cicero et Caesar hanc dicendi consuetudinem in linguam crescentem atque adulescentem introducere conati mox destitissent, Livius materia invitante tamen paulatim neglexisset: Sallustius imprimis antiquitatis et scribendi proprietatis studiosus et Tacitus eum imitatus maxime usurpaverunt. Aetatis vero argenteae q. d. scriptoribus infinitivus descriptivus fuit in numero artificiorum, quae rhetores docebant in scholis, id quod apud Plinium videmus in epistulis ad imperatorem datis hanc dicendi rationem diligenter vitantem (praeter unum locum, qui propter vb. „coepit" paululo antecedens minus conspicitur), in panegyrico, oratione illa summa arte confecta, uno loco sibi permittentem ad vulgi de quo verba facit mores fideliter depingendos.

Haec autem apud Plinium exstant exempla:

2, 20, 7: Regulus, qui speraret aliquid ex novis tabulis, qui nuper captare eum coeperat, medicos h o r t a r i,

rogare quoquo modo spiritum homini prorogarent. exstat inf. hist. pro imperfecto, quod „Hauptnachdruck auf Verlauf und Inhalt der Handlung gelegt". (Schütz p. 21.)

6, 20, 9—12: — nubes atra et horrenda — dehiscebat — non multo post illa nubes descendere in terras, operire omnia: cinxerat Capreas et absconderat, Miseni quod procurrit abstulerat (commate ego interpungo post „absconderat"). Tum mater orare, hortari, iubere quoquo modo fugerem — Ego contra, salvum me nisi una non futurum, dein manus eius amplexus addere gradum cogo.

Totum hoc libri sexti caput vicesimum aptum videtur et quasi factum ad discrimina temporum linguae latinae explananda adeo ut mirum in modum ad unumquodque verbum interpretandum alliciamur. Sed deficiente iam charta hoc ostendisse satis erit. Atque nihil hoc loco Schützii sententiae obest. Priores enim duo infinitivi significant actionem tam vehementer se perficientem, ut statim postquam ea desiit effectus repraesentetur manifestus, id quod tribus plusquamperfectis, imprimis tertio significatur. Et imperfecti infinitivique historici vim non eandem esse optime hoc exemplo docemur (cf. Iaenicke l. l. p. 138; contra Woelfflin Archiv X p. 180 inf.) — Tribus deinde infinitivis posterioribus exprimuntur tres actiones celeriter se excipientes quaeque vi atque vigore efficiuntur, per gradationis figuram ordinatae; tempore denique finito q. d. „cogo" actio definitur. Ita hic locus comparet exemplum secundum omnia artis praecepta perfectum.

De vocabulorum asyndeto cf. E. Norden, de Minucii Felicis aetate et genere dicendi. Gryphisw. 1897. p. 29 sqq.

Posse pro inf. hist. usurpari praesens historicum q. d. concedo, ita tamen ut aliquid intersit inter hoc et illum. (Woelfflin Archiv X p. 181.)

Sequitur eiusdem capitis vicesimi locus alter: 6, 20, 14 sq.: erant, qui metu mortis mortem precarentur: multi ad deos manus tollere, plures nusquam iam deos ullos, aeternamque illam et novissimam noctem mundo interpretabantur. Nec defuerunt, qui fictis mentitisque terroribus pericula augerent. Aderant, qui Miseni illud ruisse

illud ardere falso sed credentibus nuntiabant. Paulum reluxit, sed non dies nobis — videbatur.

Et hoc exemplum miram praebet artem, quae apparet maxime allitteratione q. d. trium verborum (metu mortis mortem) et minore atque tenuiore duorum (multi — manus). Quid deinde intersit inter: „nec defuerunt, qui — augerent“, et: „aderant, qui – nuntiabant“ nemo non videt. Multum denique artis huic loco se impendisse Plinius ipse sibi conscius est, id quod ex huius epistolae ad Tacitum datae fine perspicuum est: „Haec nequaquam historia digna non scripturus leges et tibi, scilicet qui requisisti, imputabis, si digna ne epistula quidem videbuntur“.

Libri septimi caput 27 duos praebet locos, quorum alter unum habet infin. descriptivum eumque forma quidem passivum, re medium: 7, 27, 5: Erat Athenis spatiosa et capax domus — Per silentium noctis sonus ferri, et si attenderes acrius, strepitus vinculorum — reddebatur: mox apparebat idolon – manibus catenas gerebat quatiebatque.

Alter locus est hic: 7, 27, 7: Ubi coepit advesperascere, iubet sterni sibi in prima domus parte (sequuntur 3 praes. hist., quibus aeque ac verbo „iubet“ actiones secundariae redduntur). Initio, quale ubique, silentium noctis, dein concuti ferrum, vincula moveri; ille non tollere oculos, non remittere stilum, sed affirmare animum auribusque praetendere; tum crebrescere fragor, adventare et iam ut in limine, iam ut intra limen audiri: respicit, videt agnoscitque narratam sibi effigiem. Stabat innuebatque digito; hic contra manu significat — stilo incumbit: illa catenis insonabat; respicit innuentem nec moratus tollit lumen et sequitur. — Ibat illa lento gradu –; postquam deflexit in aream, repente dilapsa deserit comitem — (sequuntur 5 praesentia histor.) Domus postea rite conditis manibus caruit.

Exstant igitur hoc loco 9 infinitivi descriptivi, in quibus 3 generis passivi, notionis q. d. mediae, unus vbi. inchoativi (cf. Woelfflin Archiv X p. 181).

In libro nono haec leguntur: 9, 13, 7: Ubi coepi crimen attingere, reum destinare, adhuc tamen sine nomine, undique mihi reclamari. Atque vb. „coepit“ (cf. Schütz p. 18 sq.) cognationem quandam habere cum infinitivo descriptivo negari non potest, cum utroque idem nonnunquam significetur quod Graecae linguae „aoristo“, momentum q. d. ingressivum. (Iaenicke l. l. p. 138. Schmalz p. 335). Infinitivus „reclamari“ autem potest intellegi aut gen. passivi, si „undique“ idem valet atque „ab omnibus, qui aderant, circum me erant“ aut gen. medii (kaum . . . da allgemeiner Widerspruch).

9, 33, 4 sq.: — puer — in ulteriora tendebat. Delphinus occurrit — et nunc praecedere puerum, nunc sequi, nunc circumire, postremo subire, deponere, iterum subire trepidantemque perferre primum in altum, mox flectit ad litus redditque terrae. Serpit per coloniam fama: concurrere omnes, ipsum puerum tamquam miraculum aspicere, interrogare, audire, narrare.

Habemus 7 infinitivos vbi. transitivi et 5 inf. partim transitivos partim intransitivos.

Liber Xus unum praebet exemplum in epistula a Plinio ad Traianum data: X, 81, 4: Eumolpus — dilationem petere coepit: contra Dion ut audiretur exigere.

In panegyrico exstat: P 22, 7—11: Te parvuli noscere, ostentare iuvenes, mirari senes, aegri — ad conspectum tui — prorepere. Inde alii se satis vixisse te viso, alii nunc magis esse vivendum praedicabant.

Index rerum.

	pag.
Exordium	3
Caput I.	
Infinitivus est subiect. grammat.	4
A. Infinitivus nudus	5
1. Praedicatum est vb. copul. cum nomine	
a. nom. substantivum . .	5
α. infin. meri subiecti loco pro substant. c. nominativo:	5
1) genet. character.: nom. substant.. .	8
partic. praes. . .	9
2) pronomen possess..	9
3) esse c. dativ. . . .	10
4) esse c. locutione adverbiali	10
β. inf. est epexegeticus vel appositionis locum tenet	
1) post substantivum cum pronomine demonstrat. coni. . .	10
2) post solum pron. demonstr.	12
Additam.: Infinitivus substantive usurpatus	13
Infin. loco subiecti:	14
praedicat. est vb. personale . . .	14
praedic. est copula c. infin.	14
Attributa infinitivi subst. us.	14
Infinit. e praepositionibus aptus . .	15

	pag.
b. nom. adiectivum	16
α. gradus positivus . . .	16
β. gradus comparativus .	20
γ. gradus superlativus .	21
pro adiectivo:	
1) pronomen vel pronominale	22
2) adverbium	22
2. Praedicatum est vb. impersonale	23
3. Praedicatum est persona tertia num. singul. gen. pass.	27
B. Accusativus cum infinitivo .	28
1. Praedicatum est copula cum nomine:	
a. nom. substantiv.	29
α. infinitivus meri subiecti loco	29
pro substantivi casu nominativo	
1) genet. characteristicus	30
2) esse cum dativo. .	30
3) esse cum locut. adverbiali	30
β. infinit. est epexegeticus vel appositionis locum tenet	30
1) post substantivum cum pronom. demonstr. coni. (AcI e substantivo)	30
2) post solum pron. demonstr.	30

	pag.
b. nomen adiectiv.	
α. gradus positivus . . .	31
β. gradus comparativus .	34
γ. gradus superlativus .	35
pro adiect. adverbium	35
2. Praedicatum est vb. impersonale	35
3. Praedicatum est persona tertia num. singul. gen. pass.	38

Caput II.

Infinitivus est obiect. grammat.	
A. Infinitivus nudus	40
1. Infinit. substantive usurpatus	40
2. Infinit. cum nomine coniunctus pendet e verbis sent. et decl.	41
a. nomen subst.	41
b. nomen adiect.	41
α. gradus positivus . . .	41
β. gradus comparat. . . .	41
γ. gradus superlat. . . .	42
pro adiect. adverb. . .	42
3. Infinit. solus pendet e verbis	
a. facultatis	42
b. necessitatis	44
c. voluntatis	44
α. affirmat.	44
β. negat.	49
d. incipiendi	51
4. Infinit. pendet ex adiect.	54
B. Accusat. (vel dat.) et infinitivus	56
C. Accusat. cum infinitivo coniunctus	59
1. verba sentiendi	59
a. perceptio sensibus effecta	59
b. perceptio cogitat. effecta	62
c. cogitandi	66
Verba affectuum	75
Acc. c. inf. in exclamat.	77
2. verba dicendi	80
3. verba volendi	91
Oratio obliqua	98

Caput III.

	pag.
Nominativus cum infinitivo . . .	100
1. verba quae act. usurp. Accus. et inf. regunt	101
2. verba sentiendi et dic. . .	102
vba act. intrans.	106

Caput IV.

De casibus infinitivi	107
1. Nominativus	109
a. Gerundii cum „est“ . .	109
b. Gerundivi	
α. subiect. est n. substantiv.	109
β. subiect. est n. adiect. vel prouominale . . .	109
γ. subiect. est pronomen	110
Gerundivum attribut. usurp.	111
Gerundivum addito adiect.	111
Gerundivum substant. usurp.	112
Gerundivum praedicative usurp. post verba „dare“, „tradere“ etc.	113
1) accusativus gerundivi post vba activa	113
2) nominat. gerundivi post vba passiva .	116
„ad“ cum gerundio	116
2. Genetivus	116
a. Gerundii	
α. pendet e nom. substant.	116
1) obiectum deest . .	116
2) obiectum additur .	120
β. pendet e nom. adiect.	122
obiectum additur . .	122
b. Gerundivi	
α. pendet e nom. subst.	122
β. pendet e nom. adiect.	123
γ. pendet e „causa“ . .	123

pag.

3. Dativus
   a. Gerundii 124
   b. Gerundivi 124
      α. pendet e nomine . . 124
         1) adiectivo 124
         2) substantivo 125
      β. pendet e verbis . . . 125
         dativ. gerundivi loco enuntiati finalis . . 125
4. Accusativus
   a. Gerundii c. praepos. „ad"
      α. pendet ex adiect. . . 126
      β. pendet ex verbis . . 126
         1) movendi 126
         2) eundi 126
         3) dandi 126
   b. Gerundivi ex praeposit.
      α. circa, ob. 127
      β. ad
         1) post nomen subst. 127
         2) post nomen adiect. 127
         3) post verba
            a) movendi 127
            b) eundi 128
            c) dandi etc. . . . 128
5. Ablativus
   a. Gerundii
      α. obietum deest 129
      β. obiectum additur . . 129
         1) accusat. 130
         2) dativus 130
   b. Gerundivi 131
      E praepositionib. pendet
      1. gerundii 132
      2. gerundivi 132

Caput V.

De infinitivo historico 134

Annotationes.

ann. 1 p. 3. a. de epistularum libro decimo:

Ussing (J. L. Ussing, Om de Kejser Trajan tillagte breve til Plinius, Kjöbenhavn 1861) putat Traiani responsa quintodecimo saeculo supposita esse; quam sententiam sequitur Lagergren (J. P. Lagergren, De vita et elocutione C. Plinii Secundi. Upsala 1872) qui p. 25 dicit Traiani rescripta se omnino omisisse, postquam Ussingius satis evidenter ostendisset illa rescripta supposita esse. Similiter iudicat Ludw. Schaedel (Plinius der Jüngere und Cassiodorius Senator. Darmstadt 1887), qui demonstrare studet p. 1—6 („eine Trübung des ursprünglichen Briefwechsels statuiert in vager Weise L. Sch." Schanz Geschichte d. röm. Litt. [2]II, 2 p. 275) opinionem eorum, qui libertum quendam Plinii illum libellum publicavisse putent, non satis esse ad omnes difficultates tollendas, quas illae epistolae habeant retractationemque nunc exstare et emendationem haud ita sollertem. Sed facili negotio Wilde (Ignatius Wilde, De C. Plinii Caecilii Secundi et imperatoris Traiani epistolis mutuis disputatio. Lugd. Bat. 1889) p. 36 sqq. et p. 63 sqq. Ussingium errare ostendit, qua in re hodie omnes fere consentiunt. Cf. R. Steck Jahrb. f. protestant. Theol. 17, p. 553. Neque aliter sentit qui quantum scio postremus hanc rem tractavit, Hardy (C. Plinii C. S. epistulae ad Traianum imperatorem cum eiusdem responsis, edited with notes and introductory essays by E. G. Hardy. 1890).

b. de Panegyrico:

J. F. Gronovii Observ. libri quattuor ed. Frotscher Leipz. 1831 p. 467: „Non possum autem hic oblivisci Ciceronis et panegyricum incomparabilem incomparabili panegyrico copulare, cum praesertim et in omnibus, tamquam optimum, imitandum sibi proposuerit Plinius, et hic eius sensus in parte expresserit. Orationem dico pro M. Claudio Marcello, cuius cap. 3 haec leguntur verba dudum eruditis agitata: Parietes, me dius fidius, ut mihi videtur, huius curiae tibi gratias agere gestiunt etc."

Apollinaris Sidonius, cuius mores a nostri non abhorrent, quanti Panegyricum aestimaverit, vide eiusd. Ep. 8, 18: C. Plinius pro Attia Viriola (ep. 6, 33) plus gloriae de centumvirali suggestu domum rettulit, quam cum M. U. Traiano, incomparabili principi, comparabilem Panegyricum dixit.

Hunc locum Gronovius spectavit.

ann. 2 p. 3. Dittel Beiträge zur Ansicht vom Infinitiv als Locativ. 1882. De infinitivo pro imperativo usurpato v. Jolly Geschichte des Inf. im Indogerm. München 1873. Brugmann Griech. Gramm. 1900, 515 sq. Delbrueck Grundriss 4, 453 sqq. Strotkoetter Dorstener Prgr. 1886 p. 12, 16 J. Wackernagel Zürcher Philol. Versammlung 1887, p. 276—283. G. Müller Die Lehre vom Inf. im Lat. Prgr. Goerlitz 1878 p. 15. sq.

Cf. Brugmann Grundriss 2 p. 155: legimini — λεγόμενοι (Stolz Formenlehre der lat. Sprache p. 158). Jaenicke Neue Jahrb. 1895, p. 135 annot. Alessandro Arrò Noterelle glottologiche, Torino 1896 (Wochenschrift f. klass. Philol. 1897, p. 441 sqq.) (λύομαι, λύεσαι, λύεται sunt dativi, habent idem suffixum ac δόμεναι, χαμαί.) Ivan Kopacz Indogerm. Forschungen XII, 1, 2. p. 23–25 lat. Inf. auf —ier: legier = zur Lesung od. in Lesung sein.

ann. 3 p. 3. P. Barth De inf. apud scaenicos poetas lat. Diss. Berol. 1882, p. 13.

ann. 4 p. 3. W. Rösch Neue Forschungen über das Wesen und die Construction des Infin., Correspondenzblatt für die Gelehrten- und Realschulen Wuerttembergs 27 (1880) p. 18–33.

ann. 5 p. 3. Ziemer Junggrammatische Streifzüge, Colberg 1883. Derselbe: Bursian 1888 p. 365.

ann. 6 p. 3. E. Albrecht Curtiusstudien IV (1871).

ann. 7 p. 3. Deecke Beitraege zur Auffassung der lat. Infin. —, Gerundial- und Supinumconstructionen. Prgr. Muelhausen 1890. Derselbe: Untersuchungen über Sprachgebrauch. Bursian 1893, 3, p. 226.

ann. 8 p. 7. Strotkoetter Über die syntaktische Bedeutung des lat. Infinitivs. Prgr. Dorsten 1886.

ann. 9 p. 3. Fr. Stolz Formenlehre der lat. Sprache. J. Schmalz Syntax der lat. Sprache. Beide in Iw. Müllers Handbuch der klass. Altertumswissenschaft Bd. VI.

ann. 10 p. 4. Casp. Suhl Quibus condicionibus Tacitus ellipsim verbi admiserit et qua ratione excoluerit. Diss. Freis. 1900 (tractat praecipue ellipsim verbi „esse"). Draeger Hist. Syntax der lat. Sprache. [2]1879—81, I p. 195 sqq. Wochenschrift f. klass. Philol. 1901, p. 570.

ann. 11 p. 4. R. Kuehner Ausführl. Grammatik der lat. Sprache. Hannover 1877—79. II p. 8 annot. 1. II p. 524 annot. 7.

De ellipsi vbi „esse" in structura nominativi cum infinitivo v. Draeger l. l. II p. 447.

Ferd. Hoppe Der Coniunctiv der coniug. periphr. act. in indir. Fragen und Bedingungssätzen und der Nominativ. cum inf. fut. bei Cicero. Prgr. Gumbinnen 1879. cf. Bursian 1881, 3, p. 218: „für Caesar und Cic. gilt die Regel, dass das Participium fut. act. ohne esse der wahre Inf. fut. ist, während dasselbe mit esse Inf. der coniug. periphr. ist."

Eidenschink Der Inf. bei Cornel. Nepos. Prgr. Passau 1879 p. 29: Nepotem „esse" in inf. fut. act. semper, in inf. perf. pass. saepissime (1 : 4) omittere; inf. fut. act. tum demum ortum esse, cum infinitivi vis finalis evanuisset. in gerundiis, quae a verbis „existimo statuo" etc. pendeant, ellipsim verbi „esse" usitatam esse; in infinitivis futuri activi „esse" omitti; si parcissime exstet, anteire participio.

Joh. Praun Bemerkungen zu der Syntax des Vitruv. Diss. Bamberg 1885, p. 40: a Vitruvio semper in inf. fut. act. verbum „esse" omitti; in inf. perf. pass. praecipue, ubi sermo sit elegantior; in gerundiis, quae a verbis declarandi pendeant, „esse" non exstare nisi duobus locis 64, 13 et 104, 17 R.

P. Barth l. l. (annot. 3), p. 27.

O. Lange Zum Sprachgebrauch des Vell. Paterc. Prgr. Stettin 1886. p. 1.

Dittenberger zu Caesar IV, 27, 1 (Hermes III, 375—381) p. 375: apud Caesarem in inf. fut. act. verbum „esse" omitti centies quinquagies, exstare quindecies. (cf. bellum civ. 1, 19. 3, 11..

A. Draeger Über Syntax und Stil des Tacitus. Lips. 1882, p. 16—17.

Joh. Freund De Suetonii usu atque genere dicendi p. 15 § 1. Diss. Vratisl. 1901.

ann. 12 p. 4. H. Menge Repetitor. der lat. Syntax und Stilistik. 6. Aufl. Wolfenbüttel 1890. No. 438, 11.

Barth l. l. p. 34—44.

Schmalz Sprache des Asinius Pollio p. 33.

Anton Funck Die Auslassung des Subiectspron. im AcI bei den lat. Komikern. Fleckeis. Ann. 26 (1880) p. 725—734) p. 734: ellipsim pronominis subiectivi omnino usitatam esse, non semper Graecae linguae usum sequentem, cum saepius inveniatur, ubi subiectum enuntiati primarii non idem sit atque enuntiati secundarii; saepissime omitti pronomen subiectivum personae tertiae numeri singularis, raro pluralis, et apud inf. praes. activi.

Cf. Praun l. l. p. 40. Draeger II p. 440, 15.

De hac ellipsi post verba voluntatis cf. G. Müller l. l. (ann. 2).

Quae vitiosa dicendi consuetudo tempore procedente latius videtur patere apud scriptores ferreae q. d. aetatis, praecipue ecclesiasticos. Cf. W. Hartel Lucifer von Cagliari und sein Latein. Archiv f. lat. Lex. III p. 46: L. setzt oft in harter und unklarer Weise die Subiectsaccusative nicht, so dass schwer zu entscheiden, ob Inf. oder AcI vorliegt.

Ferd. Becher Die sprachliche Eigenart der Briefe ad Brutum. Philol. 44, p. 471—501 zu 1, 16, 5: „quanti aestimet posse tantum." Dubitari potest utrum nudus inf. exstet an pronomen subiectum omissum sit. „Wegen „posse", das für diese Breviloquenz eine eigentümliche Freiheit gewährt (s. Kuehnast Die Hauptpunkte der Livianischen Syntax. Berl. 1872. p. 107), wenngleich es hier vollkräftiges Verbum ist, die letztere Auffassung vorzuziehen."

ann. 13 p 8. K. Kraut Syntax und Stil des jüngeren Plinius. Prgr. Schönthal 1872. de concinnitate cf. E. Norden l. l. p. 16—29.

ann. 14 p. 10. De infinitivo quodam epexegetico ad verbum „facere" posito v. Lucif. Caralit 28, 28: adverte recte nos fecisse fugere vos serpentes.

Et gerundium pro infinitivo idem ibid. 11, 23: recte scias nos fecisse recedendo. Hartel p. 48.

ann. 15 p. 12. Em. Hoffmann (Der angeblich ellipt. Genetiv gerundii N. Jahrb. 109, p. 545—557) p. 548: Als Epexegese eines neutralen Pronomens steht der Genet. Liv. 35, 49, 13: nam quod optimum esse dicunt, non interponendi vos bello, nihil immo tam alienum rebus vestris est (die Lesart „interponi" nach dem Mainzer Codex ist sicher Fehler oder absichtliche Besserung).

ann. 16 p. 13. Cas. Morawski De sermone scriptorum latinorum aetatis q. d. argenteae observationes. Eos 2, p. 8.

ann. 17 p. 13. Ed. Woelfflin Der substantivierte Infinitiv. Archiv III p. 70—91.

Ibidem p. 90 index infinitivorum qui saepius pro substantivo usurpantur: amare (Plaut. — August.). cedere (Prudent., August.). dolere (Cicero). esse (Eccles.). intellegere (Petron. — Mar. Victor.). mori (Tertull. — Lactant.). nolle (Pseudoapuleius). posse (Val. Max. — Ven. Fort.). ridere (Pers.). sapere (Cic. — Macrob.). scire (Pers. — Mar. Vict.). velle (Cic. — Concil.). vivere (Cic. — Mar. Vict.). mage velle = malle (Macrob.).

ann. 18 p. 13. Quid sit graecismus q. d. docet Brugmann Indogerm. Forschungen V p. 100 (cf. J. van der Vliet Berl. phil. Wochenschrift p. 1610). Oskar Weise Charakter der lat. Sprache 1. Aufl. 1891 p. 92 (editio altera 1899 in Bibliotheca regia Berolinensi adhuc non exstat).

Cf. Jaenicke Die sogenannten Graecismen im Infinitivgebrauch bei Vergil. Korneuburg 1874 p. 7.

Schaefler Die sogenannten syntaktischen Graecismen bei den Augusteischen Dichtern. Amberg 1884.

Diez Gramm. der roman. Sprachen I. 5. Aufl. 1882 p. 923 annot. 1: Vossius (Arist. 7, 50): nec ignotum antiquis iungere praepositionem infinitivo; si Lucretius sic locutus: „ad sedare sitim (ubi vulgo etiam in optimis membranis nostris „at“ sedare) fluvii fontesque vocabant“, quomodo apud Macrobium is locus legitur Saturn. 6, 1.

ann. 19 p. 14. Diez l. l. p. 920, Schneider II, 368: Infinitivo Lucretius saepe utitur pro casu recto substantivi, ex. gr. divitiae grandes homini sunt vivere parce. Lachm. in Lucret.

ann. 20 p. 29. Paratacticae q. d. constructionis pro hypotactica inter alia apud Plinium exstant haec exempla: cf. Berl. Wochenschrift f. klass. Phil. 1901, p. 571 (Ziemer über Antoine's parataxe et hypotaxe) 2, 3, 9. 2, 8, 2. 3, 7, 10. 4, 9, 21. 4, 17, 6. 4, 18, 1. 5, 14, 5. 6, 9, 2. 7, 27, 13. 7, 32, 2. 7, 33, 1. 9, 2, 5. 9, 13, 17. 9, 21, 3. 9, 23, 5. 9, 26, 1. X, 4, 6. 18, 2. 21. 32, 1. 33, 2. 37, 2. 39, 1. 40, 3. 61, 3, 5. P 65, 31.

ann. 21 p. 32. Alfr. Werth De Terentiani sermone et aetate. Neue Jahrb. suppl. XXIII. 1897. p. 291—378.

ann. 22 p 46. „gestio“. de huius verbi usu Ciceroniano cf. Wochenschrift für klass. Philol. 1901, p. 567.

ann. 23 p. 51. Cf Schmalz l. l. p. 236: Diese Infin.-construction durch das Gerundium allmählich eingeengt. Während Lentulus bei Cic. fam. 12, 14, 7: neque defatigabor permanere, sagt Apul. flor. 7: fatigaberis admirando. Schon bei Livius: cum ad ultimum perseverassent negando; ferner: absistere sequendo und ähnl. besonders bei den Afrikanern und den ihnen Nahestehenden. Cf. Hartel Lucifer Caralit Archiv III p. 48.

ann. 24 p. 58. Otto Altenburg De sermone pedestri Italorum vetustissimo Neue Jahrb. 1898 p. 81 sqq.

Verbum „sino“ apud Vitruvium non exstat; neque apud iureconsultos invenitur neque in linguas q. d. romanas transiit.

ann. 25 p. 59. Dr. II p. 229—232: de particulis quod, quia, quoniam, quomodo, ut pro AcI post verba sentiendi et decl. positis disseruit Georg Mayen, Kiliae 1884.

Thomas Dokkum: de constructionis analyticae vice AcIi fungentis usu apud Augustin. Diss. Snecae 1900. F. Blass Mus. Rhen. 37, p. 151 sq. Alfr. Werth l. l. p. 350. W. Hartel l. l. p. 48. Ed. Woelfflin Latinit. d. Benedict v. Nursia (Archiv IX p. 493—521) p. 517. W. Ehrismann l. l. p. 66 sq. v. ann. 31.

ann. 26 p. 72. Adde Draegero: Cic. Caec. 25. de orat. 2,28 (sic statuo et iudico). 1,126. 3,229. Brut. 216. ad Att. 16, 5, 2. ad fam. 13, 7, 5. 13, 28 A. 3. 15, 21, 5. Phil. 5, 48. Curt. 10, 4, 1. Senatus vel plebis scitum significat Verr. 1, 19, 20. Phil. 3, 13. Brut. 224. A Vitruvio hoc verbum undecies usurp.

ann. 27 p. 77. „commode" huc annectitur AcI in exclamatione positus, quod plerique grammatici eum ellipsi vbi alicuius affectum significantis declarant.

ann. 28 p. 78. Deest hic AcI apud Caesarem, Sallustium, Nepotem (cf. Eidenschink l. l. p. 29), Velleium, Tacitum; exstat apud Livium bis (9, 11, 12 et pronomine „quid" inchoatus 26, 29, 4).

ann. 29 p. 104. virum sentiebatur percutere ovesque fatigare (daemon).

daemon — flammas eicere porcosque cogere a subulco notatus sit. (Vit. Gregorii Magni. Act. Sanct. XII. Mart. p. 208).

ann. 30 p. 108. J. Weisweiler Das lat. Partic. fut. pass. i. seiner Bedeutung und syntaktischen Verwendung. Paderb. 1890. E. Krause De gerundii et gerundivi apud antiquissimos Romanorum scriptores. Dissert. Halle 1875.

Franz Joerling Gerund und Gerundiv bei Tacitus. Prgr. Gnesen 1879.

S. G. Platner gerunds and gerundives in the annals of Tacitus. Americ. Journal of philol. 1888 p. 464—472.

Idem: gerunds and gerundives in Pliny's letters. ibid. 214—218.

Herkenrath Gerundium et gerundivum apud Plautum et Cyprianum. Prager Studien; neue Folge, Heft 2. Prag 1894.

Ad. Ebert De M. Cornelii Frontonis syntaxi. Erl. 1880. p. 27 sq.

Speidel Ueber Supin., Inf. und Gerund. 4. Oberschwäb. Lehrerversammlung zu Biberach. Correspondenzbl. f. d. gelehrten etc. Schulen Württembergs 27 (1880) p. 300.

Eidenschink l. l. p. 7 sqq.

ann. 31 p. 108. cf. Ehrismann De temporum et modorum usu Ammianeo. Diss. Argent. 1886. 74 p. p. 73.

Corssen Krit. Beitr. p. 137 sqq.

Leo Adrian Part. praes. pass. Prgr. Glogau 1875. p. 9. Contra Weisweilerum: Persson, Archiv XII p. 140.

ann. 32 p. 114. „habeo": exemplum 1. obiecto caret; exemplum 2. praebet obiectum indirectum.; 3. loco obiecti enuntiat. relat.; 4., 5., 6. gerundivum, non gerundium, ut Thielemann l. l. p. 69 vult. (et p. 68 in Tacit. dial. 19, 25).

ann. 33 p. 124. Bursian 1890 [2] p. 250 sq. legimus apud Plinium dativum gerundii quater exstare secundum S. B. Platnerum l. l. p. 217. Sed Platner gerundiva dicit.

ann. 34 p. 129. Cf. Körting Encyklopädie u. Methodologie d. roman. Philol. Heilbronn 1884. II p. 288.

ann. 35 p. 129. fando inauditum P. 86, 19. Musée Belge 2. 3. p. 124f. J. P. Waltzing: durch eingeschobenes „fando" nehme die Sprache der Dichter wie der höheren Prosa jedesmal einen familiären Ton an. (?) cf. Cic. N. D. 1, 29, 82: ne fando quidem auditum est.

ann. 36 p. 133. Gerundii et gerundivi ablativus n u d u s legitur apud Plinium:

1) gerundii: quindecies.
addit. obiect.: a) accus.: ter } Traianus.
b) dativ.: semel }
loco obiecti quaestio obl.: semel.
2) gerundivi: quinquies.

ablativus e praepositionibus pendet:
1) gerundii: vicies.
2) gerundivi: tricies (bis in epist. Traiani.).

ann. 37 p. 138. Apud Ladewig (Aen. ed. VIII. cur. C. Schaper Berol. 1877) in indice p. 289 s. v. „infinitiv" haec corrigenda sunt: 1, 10: infinitivi pendent e verbo impulerit. 2, 55: infinitivus pendet e verbo impulerat. 6, 49: pendet inf. ex nom. adiect. „maior".
2, 350: „ „ „ „ „ „certa".
(7, 126: „ „ „ verbo „memento").

addenda:
7, 15: exaudiri — saevire — ululare.
11, 822: quicum partiri curas. infinitivus pendet ex voce „sola".

Quibus annotationibus adde sis hanc: Dr. II p. 441: infinitivum ex infinitivo pendere non est bene latinum etc.

apud Plinium eiusmodi structura invenitur:
1, 5, 12. 10, 11.
2, 5, 10. 11, 2. 19.
3, 4, 4. 7, 12. 9, 5. 35.
4, 4, 3. 9, 17, 19. 11, 15. 14, 4. 8.
5, 1, 3. 3, 1. 8, 1.
6, 2, 9. 20, 1. 28, 3. 29, 1. 33, 11.
7, 6, 7. 7, 9, 1.
8, 6, 1. 12. 21, 6. 24, 1.
9, 3, 2. 6, 2. 19, 1. 6.
X, 8, 5. 13. 47, 3. 60. 74.
P. 53, 1. 54, 7. 63, 27. 70, 12. 87, 15. 91, 17. al. Cf. Praun l. l. p. 23.



